

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Orationum Volumen Primum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiiis, 1583

M Tullii Ciceronis Pro P Qvinctio Oratio I

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764059](#)

M·TVLLII·CICERONIS PRO·P·QVINCTIO ORATIO. I



V A E res in ciuitate duae plurimum possunt, eae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia, quarum alteram, C. Aquilli, uero et aleran meruo. eloquentia Q. Hortensij ne me dicendo impedit, non nihil commoneor: gratia Sex. Naeuij ne P. Quintio noceat, id uero non mediocriter pertimesco. neque hoc tantopere que rendum uideretur, haec summa in illis esse: si in nobis essent saltus mediocria. uerum ita se res habet, ut ego, qui neque usi satis, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer; P. Quintius, cui tennes opes, nullae facultates, exiguae amicorum copiae sunt, cum aduersario gratusissimo contendat. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius, qui hanc caussam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo & in alijs caussis exercitatus, & in hac multum & saepe uersatus, hoc tempore abest, noua legatione impeditus; & ad me uenit est, qui, ut summa haberem cetera, temporis quidem certe uix satis habui, ut rem tantam, tot controuersias implicatam, possem cognoscere. ita, quod mihi conuenit in ceteris caussis esse adiumentum, id quoque in hac causa deficit. nam, quo minus ingenio possum, subsidiu mibi diligentiam comparau: quae quanta sit, nisi tempus, & spatium datum sit, intelligi non potest. Quae quo plura sunt, C. Aquilli, eo te, & hos, qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra uerba audire oportebit; ut multis incommodis ueritas debilitata, tandem aequitate talium virorum recreetur. quod si tu index nullo praesidio fuisse uidebere contra uim, & gratiam solitudini, atque inopiae; si apud hoc consilium ex opibus, non ex ueritate caussa pendetur: profecto nihil est iam sanctum, atque sincerum in ciuitate; nihil, quod humilitatem cuiusquam grauitas & uirtus iudicis consoletur. certe aut apud te, & eos, qui tibi adsunt, ueritas ualebit; aut, ex hoc loco repulsa uia, & gratia, locum, ubi consilat, reperire non poterit. Non eo dico, C. Aquilli, quo mibi ueniat in dubium tua fides, & constantia; aut quo non in ijs, quos tibi aduocasti, uiris elellissimis ciuitatis, spem summam habere P. Quintius debeat. quid ergo est? primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit, quod uno iudicio de fortunis omnibus decernit. idq. dum cogitat, non minus saepe ei uenit in men-

tem potestatis, quam aequitatis tuae: propterea quod omnes, quorum in alterius manu uita posita est, saepius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere. deinde habet aduersarium P. Quintius, uerbo, Sex. Naeuij; re uera, huiuscet actatis homines disertissimos, fortissimos, ornatisimos nostrae ciuitatis, qui communis studio summis opibus Sex. Naeuij defendunt: si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem uelit, iniquo iudicio opprimere possit. nam quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquilli, dici, aut commemorari potest, quam me, qui caput alterius, famam, fortunasq. defendam, priore loco causam dicere? cum praesertim Q. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus; cui summam copiam facultatemq. dicendi natura largita est. ita fit, ut ego, qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum aduersarius nullum iecerit: illis autem id tempus impugnandi detur, cum & uitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit, & si qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi uenientium aliquid telum, iecerint, medicinae facienda locus non erit. id accedit praetoris iniquitate, & iniuria; primum, quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de probro, quam de re, maluit fieri: deinde, quod ita constituit id ipsum iudicium, ut reus, ante quam uerbum accusatoris audisset, caussam dicere cogeretur. quod eorum gratia, & potentia factum est, qui, quasi suares, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Naeuij studio & cupiditati morem gerunt: & in eiusmodi rebus opes suas experientur, in quibus quo plus propter uirtutem nobilitatemq. possunt, eo minus, quantum possint, debent ostendere. Cum tot tantisq. difficultatibus affectus, atque afflictus, in tuam, C. Aquilli, fidem, ueritatem, misericordiam T. Quintius confugerit; cum adhuc ei propter uim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit; cum ei summa per iniuriam omnia inimica, atque infesta fuerint: te, C. Aquilli, nosque, qui in consilio adestis, orat, atque obsecrat, ut multis iniurijs iactatam, atque agitatum aequitatem, in hoc tandem loco consilere, & confirmari patiamini. id quo facilis facere possitis, dabo operam, ut, a principio res quemadmodum gesta, & contracta sit, cognoscatis.

EXPLANATIO

V A E R E S in ciuitate duae plurimum possunt, eae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia. Vbi de re aliqua in iudicio contenditur, magni refert, quibus initij ad caussam ingrediantur, quaq. primum opinione iudicium animos imbuat orator. nam cum uictoriae spes duabus maxime rebus nitatur, innocentia rei, & eloquentia patroni; innocentia si obruitur gratia, patronus accusatoris ingenio, & eloquentia si uincitur: his incommodis ita occurrere, ne caussae noceant, non minima artis est. nocere autem posse non uidentur, si statim paciantur, & aduersarij gratiae, acculacoris eloquentiae, iudicis aequitas & sapientia opponatur. Hoc artificio nunc

A 2 utitur

Commentarius P. Manutij

4

uitur Cicero: Naeuij uim & gratiam contra Quintij solitudinem, atque inopiam, in inuidiam adducit
dicendi facultatem sibi adimit, Hortensio summam tribuit: in una ueritate, in A quillij iudicis prudencia,
fide, constantia spem reponit. *Quae res in ciuitate duae.* In ciuitate, dixit, cum iudicia significet: sed,
In ciuitate, maluit, ne de iudiciorum fama detrahere uideretur. Poterat autem hoc modo: Quae duae
res in ciuitate plurimum possunt: sed, interposito uerbo, *Ciuitate*, hoc modo, *Quae res in ciuitate duae*
plurimum possunt, quasi cursum orationis, & numeri iucunditatem quaeuit. Eae, indicantis est: quod
aliquam uim assert: & ideo saepe Cicero ita loquitur, non requirente sententia, infra: *Quod mihi con-*
fueuit in ceteris caussis esse adiumento, id quoque in hac cauſa deficit. *Contra nos*: contra reum, nam te
personam suscipit patronus. *Ambae faciunt*: Ambae nobis aduersantur. usitatus sermo: ut contra
Mecum facit, pro, Mecum sentit. infra: Cum ueritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit admittre
recordiam, quam illius opes ad crudelitatem. Sic, Facere ab aliquo, de Inuent. Hoc nihil magis ab aduer-
sarijs, quam a nobis, facit. *In h o c tempore*, Addita particula, *In*, non tam tempus, quam po-
tem temporis designat: ut si dicat, *In eiusmodi tempore*, *In* hac cauſa. C. A Q V I L L I, appellato
iudicis, orationis initio, signum quoddam obseruantiae uidetur esse, & ad benevolentiam conciliandam
aliquid ualeat. Iudices, a praetore dati, Recuperatores uocabantur, ideo quia ius suum per eos unusquisque
que recuperabat. ij fuerunt hac in cauſa quatuor, C. Aquillius Gallus, qui primum locum obtinet, L.
Lucilius, P. Quintilius, M. Marcellus, nam in priuatis cauſis praeator ipse non iudicabat, sed ius dico-
bat, idest iudicem, iurisq. formulam dabant, uel ijs conscriptam uerbis, quibus contrahentes inter se ui-
erint, uel alijs, pro rei, quae ageretur, natura, potestate iudicis angustis finibus inclusa, sic, ut a praetore
pro ne latum quidem unguem diceret, & de facto tantum cognosceret. Iudicia tamen quaedam erant
in quibus arbitrio iudicis cauſa committebatur: ut in iudicio fiduciae, rei uxoriae, emptionis, uenditionis,
locationis, conductionis, tutelarum, societatum, addente praetore in formula fiduciae, Ut inter homines
bene agier oportet, & sine fraudatione: rei uxoriae, *Quod aequius melius*: in alijs, Ex fide boni.
Quibus uerbis, aequitatem potissimum iudicii spectandam, non de solo facto cognoscendum esse, signi-
ficabatur. propterea modo iudicia, modo arbitria, cum tamen eadem sint, uocantur: quia formula
est non praescribit, ut in reliquis iudicis, sed arbitrio iudicis rem permittit. Huius generis formula in
cauſa Quintii, Aquillius a Dolabella praetore non habuit, sed illa stricti iuris, quae iubebat Quintium
cum Naeuio sponzionem facere, si bona sua ex edito Burrieni praetoris dies xxx, posseſſa essent. Elat-
tem hic Aquillius, ille, qui formulas de dolo malo coposuit, iuris prudentia clarus, cui Ser. Sulpicuſ
peram dedit. sic enim de eo scriptum est in Bruto: Cum dicendi cauſa duobus peritissimiſ operam dedi-
ctet, L. Lucilio Balbo, & C. Aquillo Gallo: Galli, hominiſ acuti, & exercitati, promptam in agendo, &
in respondendo celeritatem subtilitate, diligentiaq. superauit. Collega Ciceronis in praetura fuit: ut lib.
2. Oſ. & pro Cluentio, Senatorem & ipsum, & qui illi in consilio aderant, fuisse, constat ex eo, quod hoc
tempore Sulla dominabatur. is autem equitibus Romanis, quia Marianis in partibus fuissent, infensus,
priuauit eos iudicandi iure, cum per annos x l. lege C. Gracchi, pari cum senatoribus numero, ut ait Plu-
tarchus, idest trecenti, iudicassent, & ad senatorium ordinem, exclusis equitibus, iudicia transtulit. iudic-
tuntq. soli senatores lege Sullae per annos decē, usque ad Pompeium, & Crassum consules, quo anno L.
Aurelius Cotta praetor, offensus iudiciorum infamia, flagitante populo Romano, legem tulit, ut tres
mul ordines, senatores, equites, tribuni aerarij iudicarent. *Quod si senator Aquillius: sequitur*, ut le-
tus in senatum sit nondū quaeſtorius a Philippo, & Perperna cens. quinquennio ante, quam hac in cauſa
iudex fuerit: cum quaeretur gesserit anno fequenti, Cinna IV. Carbone II cos. ut infra licet coniuge-
re, in eo loco, Nisi a quaeſtoribus quaslibet. Haec autem ideo dicenda putauimus, quia Plinius hum-
Aquillium uocat equitem Romanum: cum significet, ut opinor, hominem equestri loco natum: ut qualis
mollis brachio insolentiam eius obiurgaret, qui magnificas aedes, patre natus equite Romano, possidet.
Quid Cicero ipſe, dicit aliquis, utrum eques, an senator, cum Quintum defendit? Eques omnino,
nondum enim erat aerata senatoria, natus, ut iam dictum est, annos xxvi. ut omitram, quod senatus ante
quadiennium lectus erat, censoribus Philippo, & Perperna. de aetate uero senatoria suo loco dicitur.
IMPEDIA, deterreat, nam priore loco Cicero dicturus erat, quod infra queritur; posteriorre Hortensius.
NON NIHIL commoueor, timerat Naeuio potius, quam ab Hortensio. nam de Hortensio, Nonnihil, in-
quit, commoueor; de Naeuio, Non mediocriter pertimesco. **G R A T I A Sex. Naeuij** cuius adiutorum
tunc aderant homines nobilissimi, ac potentissimi, praesertim L. Philippus consularis, & censorius.
ID VER OZ quod ad sententiam attinet, hoc abundat: sed profecto non abundat, quod auget, aut ornat.
SALTEM mediocria, minora tantum si essent, minus querendum uideretur: sed ita minora sunt in nobis,
ut ne mediocria quidem sint, nostram igitur infirmitatem tua, C. Aquilli, subleuet aequitas & sapientia.
Qui ne queſuſ ſatis, & ingenio parum poſſum, ſoleat interduum neganti copulæ affirmantem subiungere, ut ad Plancum: Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipius humanitas & dignitas postulat, ne
miror, & gaudeo. **Neque queſuſ ſatis**: & modeste loquitur, & uere, non enim queſuſ ſatis ualere potest,
cum ad cauſas adire coepisset anno tantum ſuperiore, iudicis anctore Sulla constitutis, eo ipſo anno Ma-
rij partibus ad internacionem deletis. **Ingenuo parum poſſum**: hoc quidem modeste potius, quam uere.
nam, quantum omnibus antecelluerit ingenio, ſcripta illius iudicio ſunt. **Cv m patrō diſerifſimū**
compareris: uerius erat Hortensius in foro lumma cum laude ante annos duodecim: de quo testimonium
illud exſtat in extremo lib. III. de Or. Vellei, ut meus gener, ſodalis tuus, Hortensius affuſſet: quem quidem
ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore. Et Crassus,
Fore

In Orationem pro P. Quinctio.

5

Foredics, inquit ego vero esse iam iudico, & tum iudicauit, cum me consule caussam in senatu defendit Africae. Et in Bruto : Q. Hortensij admodum adolescentis ingenium, ut Phidiae signum, simul adspectum, & probatum est. Is L. Crasso Q. Scaeuola cos. primum in foro dixit, & apud hos ipsos quidem consules, & cum eorum, qui affuerunt; tum ipsorum consulum, qui omnes intelligentia anteibant, iudicio discessit probatus. unde uiginti annos natus erat eo tempore. est autem L. Paullo, C. Marcellio cos. mortuus. Aliquod tamen apud te egit, qui hanc caussam, Aquilli, aliquoties apud te egit, aliquoties igitur ampliata est: & Junio, in legationem profecto, statim Cicero successit. IN ALIIS CAUSSIS EXERCITATUS, & cum ego non satis usu ualeam. IN HAC MULTUM, & SAEPER UERSATUS, & in qua non uersatus ego sum: & necam possim cognoscere, tot praesertim controuersijs implicatam, temporis uix habui satis. Multum & saep: horum alterum ad temporis diuturnitatem, ex quo agi caussa copta est, alterum ad caussam, saepe actam, refertur. NOV A LEGATIONE PROFECTUS in prouinciam cum aliquo proconsule. reatores enim prouinciarum quaestoribus, legatis, tribunis militum, praefectis, & alijs utebantur: quae Cohors praetoria vocabatur. VT SVMMA HABEREM CETERA, & quae sibi summa non esse, dixit in eo, Qui neque uul satis, & ingenio parum possum. TOT CONTROUERSIJS IMPLICATAM, & sic, ut eam nec Aquilius ipse, scientia iuris ciuilis excellens, aliquoties auditam a Junio, explicare, & perfecte cognoscere potuerit. ID QUOQUE & non modo uul, & ingenium. SVB SIDIO MIHI DILIGENTIAM COMPARAVI: & infirmitatem ingenij subleuare diligentia soleo. INTELLIGI NON POTEST, diligentiam nemo patronus ostenderit, nisi tempus & spatiū habuerit caussae cognoscendae. Hos, QUI TIBI IN CONSILIO ADVENTU, & L. Lucullum, P. Quinctilium, M. Marcellum, recuperatores simul cum iudice Aquillio a praetore datos, qui nominantur infra, nam praetor ipse priuatis in caussis non iudicabat, sed iudices, & quam sequerentur, iuris formulam, dabat. MVLTIS INCOMMODIS, propter opes Naeuij. VERITAS, ut saepe Verum usurpatur pro aequo: unde illud infra: Continuo ne uerū fuit postulare, ut ex edicto bona possidere liceret: sic Veritas pro aequitate, infra: Cum tot, tantisq. difficultatibus affectus, atque afflictus, in tuam, C. Aquilli, fidem, ueritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit. In Verrem act. I. Sin istius ingentes diuitiae iudiciorum religionem, ueritatemq. perfrigerint. TANDEM, post biennium, a Scipione, & Norbano cos. TV INDEX, quatuor sententiam latiri erant: sed illi recuperatores potius, quam iudices, unus autem, qui iudicio praeerat, Aquilius dignitatis gratia index appellatur. FVISSE UIDEBERE, mollius, quam si dixisset, Fueris: ne iudicis animum laet. CONTRA UIM, contra potentiam, quidquid enim in iudicio plus, quam ueritas, & religio uale, uis est. infra: Cum adhuc ei propter uim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri poterit. In Verrem lib. V. Si qua uis istum de uelstra leuitate eripuerit. SOLITUDINIS, quae opponitur gratiae. IN OPIAE, cum Naeuius contra, opibus plurimum ualeat. APVD HOC CONSILIJ, emphasis est in, Hoc iudicium enim probitas & sapientia declaratur. PROFFECTO NIBIL EST IAM SANCTUM, atque SINCERUM IN CIUITATE: & aut in uobis sanctitas, & integritas est, aut in ciuitate non est. HV MILITATEM CUIUSQUAM, statum & fortunam indicat Quinctij, cum de quois homine loqui uidetur: ut in eo, quod sequitur, Grauitas, & uirtus, ex communi sententia propriam Aquillij, & eorum, qui illi in consilio aderant, laudem quaerit. NON EO DICO, C. Aquilli, & correctio superiorum. nam si ei, qui caussam agit, uenire in dubium suam fidem & constantiam intelligit, offenditur. QVID ERGO EST? & modus loquendi, pro, Cur igitur ita se res habet? quamquam non ad hanc plane sententiam exempla referuntur omnia. DE FORTUNIS OMNIBUS, de tota incolumente, amissa enim existimatione, quae agitur in hoc iudicio, quid ei reliquum erit? DECERNIT: & cum Naeuius contendit, periclitatur. PROPTEREA QOD OMNES, ne proprium esse Quinctij uitium uideatur, quod non minus de potestate Aquillij, quam de aequitate cogitet, communicat eum timorem ut non naturalem cum omnibus hominibus. HOMINES DISERTISSIMOS, & L. Philippum, & Q. Hortensium, de quibus infra, Philippum inter oratores post Crassum, & Antonium Cicero numerat in Bruto, ut illis proximum, sed longo tamen interuallo proximum. FORTISSIMOS, propter uirtutem. ORNATISSIMOS, propter honores. SVMMI, opibus, quantas esse necesse est in hominibus disertissimis, fortissimis, ornatissimis ciuitatis. QVO IS FACILIUS, quem uelit, iniquo iudicio opprimere possit. acerbius, quam si dixisset, Quo is Quinctiu facilius opprimere possit. nam, quem uelit, quasi dominationem quandam ostendit Naeuij, cuius in potestate sit, talium praesertim uiros, cum ope, iniquo iudicio, que uelit, opprimere. AVT COMMEMORARI, longior oratio significatur in, Commemorari, quā in, Dici. sic infra: Non necesse habeo dicere ea, quae me P. Quinctius cupit commemorare. CAPUT, famam, fortunasq. amplificat: nā supra dixit breuius, De fortunis omnibus decernit. Et in extrema oratione existimationē Quinctij commendat Aquillio: de capite, & fortunis nihil dicit. Sed quia cum existimatione simul agi uidentur ornia, ideo modo fortunas eius, modo & caput & fortunas, oratore qui dem, uere tamen agi dicit. QVI HOC IUDICIO PARTES ACCUSATORIS OBTEMET, non dicit, accusator est, sed accusatorem agit, qui conatur Quinctium opprimere, supra patronum eum appellavit. hic autem, quo magis Quinctio misericordiam conciliat, partes eura accusatoris dicit obtinere: ut ostendat, accusatorum more dicere eum priore loco debuisse. dicet autem secundo loco, quod actionem adiuuabit, eius praesertim, cui summam copiam, facultatemq. dicendi natura largita est. Infra liberins Accusatorem nominat: Ita constiuit id ipsum iudicium, ut reus ante quam uerbum accusatoris audisset, caussam dicere cogeretur. Aliqua to post: Cū maiores ita cōstituerint, ut, qui pro capite diceret, is posterior loco diceret: nos, inaudita criminatione accusatorum, priore loco caussam dicere intelligis: eos porro, qui defendere confuerunt, uides accusare. NATURA LARGITA EST, studij, & industrie laude Hortensiū non priuat: sed naturam nominat: quia, si quis hac una excellit, non admodum industriae desiderat adiumenta, nam laborem & industram

Horten-

Hortensius non omisit, ut illud ipsum bonum, quod acceperat a natura, excooleret, augeretq. diligentiam
Bruto, quod magis autem Hortensium laudat, eo clarus indicat, non illum, sed se, cui suministram copiam,
facultatemq. dicendi natura largita non sit, secundo loco dicere debuisse? **T E L A** depellere? tamquam
defensor. **V U L N E R I B V S**? ab accusatore ilatis. Tela, pro argumentis, usurpat, Vulnera, pro damno,
quod causae argumentis insertur. & est praeclara translatio, ab initio sententiae ad extremum perduca.
P O T E S T A S adempta nobis erit? cum enim post me dixerit Hortensius, mihi respondendi potestas non
erit: quae deberet esse tamquam pro reo dicenti: cum Hortensius partes accusatoris obtineat. **I**
Q u o d p a r a t i s u n t f a c e r e.? facite monet iudicem, ne, quae dicturus est Hortensius, uera putem, quoniam
quidem ipse ea refellere non poterit, adempta respondendi facultate. **M E D I C I N A E** facienda,
ne uenenatum telum obesse innocentiae possit. **P R A E T O R I S**? Cn. Cornelij Dolabellae, praetoris
bani, qui, proposito annuo edicto, ius dicebat inter ciues in priuatis causis, id est iudicem, iurisq. for-
mulam dabat: ipse uero non iudicabat. eodem modo praetor peregrinus ius dicebat inter ciues & pe-
rigrinos, non iudicabat. De toto praetorum numero quod affirmem, certi nihil habeo. modo enim
decem, modo octo uidentur fuisse. decem lege Sullae creari coepitos esse, cum sex antea fuissent, que-
stionesq. perpetuas, & ordinarias tunc primum institutas esse, legitur apud Pomponium de origi-
nibus opinionem confirmare uidetur Cicero in Cluentiana, ubi, sex praetoribus nominatis, qui publicas
quaestiones exerceant, subiunxit: Quid reliquae quaestiones? duos praeterea significans: quorum
unum fuisse P. Cassium, qui de maiestate praetore Cicerone quaesivit, Pedianus docet. quod si qua-
estores octo sunt, duobus additis, urbano, & peregrino, quorum non quaestio, sed iuris dictio erat; de-
cem fuisse, cogimur credere. Quid de octo? ulla ne ratione comprobantur? utar ipso teste Cicerone: eius
uerba, quid sentire nos oporteat, ostendunt: iudicium quidem, quod ad me attinet, alijs permitto.
is igitur sic in Pisonem: De me cum omnes magistratus promulgassent, praeter unum praetorem, a quo
non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterq. duos, de lapide emptos, tribunos pl. legem co-
mitijs centuriatis tulit P. Lentulus consul. Non obscurum loquitur de cunctis praetoribus, uno excepto
Appio, P. Clodij fratre. horum numerus qui fuit: de decem ratio dicta iam est: de octo quis dubitat
possit, cum in orat. post red. in sen. septem uideat, omisso Appio, nominari: L. Caecilium, M. Cal-
diuum, C. Septimium, Q. Valerium, P. Crassum, Sex. Quinctium, C. Cornutum. singulis enim praetori-
bus, ut singulis tribunis pl. gratias agit: & tribunos octo, praetores septem appellant: cum in ora-
in Pisonem ex omni magistratum numero, de sua salute promulgantum, duos tantum tribunos,
unum praetorem excepisset. Haec patere arbitror: sed quanto illud illustrius in ea pro Milone? Septem
praetores, octo tribuni pl. illius aduersarij, defensores mei. Nec de mendo suspicari licet: cum in uer-
bo, Septem, ueteres libri consentiant omnes. Seru autem praetor, qui ius diceret inter ciues, nec nisi an-
no urbis **C C C X C**, creatus est: quia iuris dictio, cum finitima bella minus gerent, consulum
erat. auocatis ad bella consulibus, nouo magistratus, qui praetor, quia iuri praefset, dictus est, ur-
bana iuris dictio mandata. Aliquanto post, peregrinis in urbem confluentibus, alter praetor, qui ius
diceret inter ciues & peregrinos, factus est. Postea cum opibus aucta uiria sunt: itaque praetores, qui
de criminibus quaererent, adiecti, qui sive decem, sive octo cuncti fuerint, gesto in urbe magistratu-
m prouincias ibant: quae, a praetorijs administratae, praetoriae uocabantur; a consularibus, consulari-
bus, non enim aut praetoria, aut consularis eadem semper fuit, ut exemplo Macedoniae, aliarumq. cogni-
tum. Lictoribus, & uiatoribus utebantur, quia non modo potestatem, ut tribuni pl. uerum euam
imperium, ut consules, habebant. quamquam praetoribus bini tantum lictores, consulibus duodeci
cum fascibus praecibant: ut praetoris imperium consulis imperio concedere uideretur. in prouincijs
tamen non binos, sed senos lictores habebant: credo, quia non, ut in urbe, plures, sed unus tan-
tum cum imperio erat: uel ut distingueretur a senatoribus, cum binis lictoribus liberas legationes ob-
euntibus: qui cum in prouincias praetorias irent priuati negotij causa, pares praetoribus fuisse uideren-
tur: uel etiam, quia prouincialibus maior imperij species maiestatem augebat populi Romani. **I N I -**
Q U I T A T E, & **i n i u r i a**? Iniquitate, quia contra consuetudinem omnium decrevit; iniuria, in Quin-
ctium. quod utrumque statim ostenditur. oritur autem ex iniquitate iniuria. Mirari hic aliquis posse,
tam libere loqui Ciceronem, & hic, & infra, contra praetorem Dolabellam. Quid ageret? ita canit
postulabat: cui nisi seruiret, officio, fideiq. deesset. Quis autem hoc miretur, si praetori non parci,
cum idem anno sequenti in causa publica contra gratiosissimum ac potentissimum Sullae libertum Chry-
sogonum liberius multo, quam ratio temporum ferre uidebatur, acculare non dubitauerit? fuit hoc uel
hominis ingenium, uel gloriae studium, in ea praefertim aetate, quae, dum laudem assequatur, ma-
gnopere nihil metuit. **D E P R O B R O**, id enim agitur in hoc iudicio, possessa ne sint ex edito Bur-
rieni praetoris bona P. Quinctij, id est, desertum ne sit a Quinctio uadimonium: quod probrosum est.
D E R E? de pecunia, quam sibi Naevius a Quinctio deberi dicebat. de qua iudicem praetor dare de-
buit, cum ea formula, quae dari solet ijs, qui pecuniam a socio pertunt. **R E V S**? Reus dicitur is, unde
petitur. **A C C V S A T O R I S**? Hortensij: quem supra dixit partes accusatoris obtinere: quia re uer-
a accusator non est, sed esse uidetur, cum agit aduersus Quinctium, cuius caput, fama, fortunaeq. in
discrimen adducuntur. **E O R V M g r a t i a**, & **p o t e n t i a**? quos paullo ante disertissimos homines, for-
tissimos, ornatissimos appellavit. **C V P I D I T A T I**? bonam enim causam Naevius non habet, sed
gratia fretus cupiditate mouetur, ut iniquo iudicio admittat Quinctio cum fortunis omnibus existimatio-
nem, & honestatem. **M O R E M** gerunt: Obtemperare cupiditati, supra dixit. **I N e i n s r o d i r e b u s** con-

In Orationem pro P. Quintio.

7

tra innocentiam uirtutis ac nobilitatis praeclio uel subleuandam, uel certe non oppugnandam. AFFECTVS, atque afflictus, & leporem in similitudine nominum quaesuit. VERITATEM, hoc ad illud pertinet, Tot, tantisque difficultatibus affectus, atque afflictus: & ad ea, quae sunt infra, de Quintij milerrimo statu. VIM aduersariorum, potentiam. Vis enim id significat, ut supra diximus. NON ius par, non aqua condicio: cum omnia Quintio propter Naeuij uim, & gratiam infesta, atque inimica fuerint. C. Antonius, qui postea consulatum cum Cicero gessit, appellauit tribunos pl. quod aequo iure se uti non posse diceret. Asconius, Cicero, Quintus fr. de Pet. cons. NON magistratus aequus, potest loqui de pluribus magistratis: cum dixerit infra: Cui neque magistratus adhuc aequus inuentus est. Et in extrema oratione: Ab omni magistratu agitatus, atque perterritus, quem praeter te appellebat, habet neminem. quod si de pluribus: de Burrieno praetore primum, a quo postulauerat, impetraveratque Naeuius, ut ex editio bona P. Quintij, quandoquidem a quo desertum esse uadimonium diceret, possidere licet: deinde de tribunis pl. quos cum appellassem Quintij procurator Alphenus, ut certum auxilium afferrent, ita tamen discessum erat, ut idibus Sept. P. Quintium sibi Sex. Alphenus promitteret: postremo de Dolabella praetore, qui iudicium de probro prius, quam de re, fieri maluerit. Sin hoc dictum uelimus oratorium, exaggerandi gratia, unummodo significari magistratum: de Dolabella praetore accipiatur, necesse est. CVM EI summam per iniuriam omnia inimica, atque infesta fuerint: partibus enumera-tis: Cum adhuc ei propter uim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperi potuerit: sequitur conclusio uniuersalis: Cum ei summam per iniuriam omnia inimica, atque infesta fuerint. Quae uim habent singula. nam, Omnia, nihil praetermitit: Inimica, plus est, quam, contraria: nec inimica solum, uerum etiam infesta: multa enim inimica, nec tamen infesta: Per summam iniuriam: non, per iniuriam tantum. VT MVLTI, injurijs iactatam, atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco confistere, & confirmari patiamini. quod supra dixit: Ut multis incommodis ueritas debilitata, tandem aequitate talium uirorum recreetur. Et in extrema oratione: Multis uexatus contumelijs, plurimi factatus infurijs. CONSISTERE: iactatam. CONFIRMARI: uel, Confirmari, firmiter statu: quod sequitur, Confistere. uel, Confirmari, quae debilitata sit: cum supra dixerit: Multis incommodis ueritas debilitata.

ORATIO

C. Quintius, fuit P. Quintij huius frater; sancte ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attenus; una in re paullo minus consideratus, qui societatem cum Sex. Naeuio fecerit, uiro bono, uerum tamen non ita insituto, ut iura societatis & officia certi patrisfamilias no[n] posset: non quo ei decesset ingenium: nam neque parum facetus scurra Sex. Naeuius, neque inhumanus praeco est umquam existimatus. Quid ergo est? cum ei natura nihil melius, quam uocem, dedisset; pater nihil praeter libertatem reliquisset; uocem in quaestum contulit; libertate usus est, quo impunius dicax esset. Quare, quod socium tibi eum uelles adiungere, nihil erat, nisi ut in tua pecunia consideraret, qui pecuniae fructus esset: tamen, inducitus consuetudine ac familiaritate Quintius, fecit, ut dixi, societatem earum rerum, quae in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane bene culta & fructuosa. Tollitur ab atrio Liciniis, atque a praeconum confessu in Galliam Naeuius, & trans alpes usque transfertur. sit magna mutatio loci, non in genio: nam, qui ab adolescentulo quaestum sibi instituisset sine impedio; postea quam necio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quaestu contentus esse non poterat. nec mirum, si is, qui uocem uenalem habuerat, ea, quae uoce quaesiverat, magno sibi quaestu fore putabat. itaque hercule hand medioriter de communis, quidquid poterat, ad se in priuatam domum se uocabat, qua in re ita diligens erat, quasi iij, qui magna fide societatem gererent, Arbitrium pro socio, condenari solerent. Uerum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quae me P. Quintius cupit commemorare. tametsi causa postulat, tamen, quia postulat, non fla-

git, praeterib[us]. Cum annos iam complures societas esset, & cum saepe suspectus Quintio Naeuio fuisset; neque ita commode posset rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione, gesserat; moritur in Gallia Quintius, cum adesset Naeuio, & moritur repente. heredem testamento reliquit hunc P. Quintium; ut, ad quem summus maeror morte sua ueniebat, ad eundem summus bonus quoque perueniret. quo mortuo, nec ita multo post, in Galliam proficiuntur Quintius. ibi cum isto Naeuio familiariter uiuit. annum se-re una sunt; cum & de societate inter se multa communicarent, & de tota illa ratione atque re Gallicana: neque interea uerbum ullum interposuit Naeuius, aut societatem sibi quippian debere, aut priuatim Quintium debuisse. cum aeris alieni aliquantulum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romae curari oporteret; auctionem in Gallia P. hic Quintius Narbone se facturum esse proscriptis earum rerum, quae ipsius erant priuatae. ibi tum uir optimus Sex. Naeuius hominem multis uerbis deterret, ne auctionetur: eum non ita commode posse eo tempore, quae proscriptissem, uendere: Romae sibi numinorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimatet pro fraterna illa necessitudine, & pro ipsis affinitate. nam P. Quintij cosobrinam habet in matrimonio Naeuius, & ex ea liberos. quia, quod uirum bonum facere oportebat, id loquebatur Naeuius; creditit Quintius, cum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum. auctionem uelle facere desisit: Roman proficiuntur: decedit ex Gallia Roman simul Naeuius. Cum pecuniam C. Quintius P. Scapulae debuisset; per te, C. Aquillii, decidit P. Quintius, quod liberis eius dissolueret.

et hoc eo per te agebat, quod propter aeriam rationem non satis erat, in tabulis inspexisse quantum debereatur, nisi a quaestoribus quaevis quantum solueretur. decidis, statuisse tu propter necessitudinem, quae tibi cum Scapulis est, quid ipsi ad denarium solueretur. Haec omnia Quintius agebat auctore, & consuatore Naeui. nec mirum, si eius utebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. non modo enim pollicitus erat in Gallia, sed Romae quotidie, simul atque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. Quintius porro istum posse facere videbat: debere, intelligebat; mentiri, quia causa, cur mentiretur, non erat, non putabat. Quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum: Naeui certiore facit: rogat, ut curet, quod dixisset. Tum iste, uir optimus, (nereor, ne se derideri putet, quod iterum iam dico, optimus) qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis condicionebus in ipso articulo temporis adstringeret, asem fese negat daturum, nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset, & scisset sibi cum Quintio controversiae nihil futurum. Posterior, inquit, ista videbimus, Quin-

tius: nunc hoc uelim cures, si tibi uidetur, quod datus. Negat se alia ratione facturum: quod promisisset, non plus sua referre, quam si, cum auctione uideret, domini iussu quippiam promisisset. Definitio illa perculsus Quintius, a Scapulis paucos defuerit; in Galliam mittit, ut ea, quae proscriperat, uincent. deteriori tempore absens auctionatus: Scapulis difficultiore condicione dissoluit. tunc appellat uero Naeui, ut, quoniam suspicetur aliqua de re ferentia controversia, uideret, ut quamprimum, & quoniam minima cum molestia tota res transferretur, dat ipsi amicum MC. Trebellium: nos communem necessarium, qui illius domi erat educatus, & quo utebatur iste plurimum, propinquum nostrum, Sex. Alphenum, res conuenire nullo modo poterat: propterea quod hic mediocrem iacturam facere cupiebat, iste mediocri praeda contentus non erat. itaque ex eo tempore esse in uadimonium coepit. cum uadimonia saepe dilata essent; & cum aliquantum temporis in ea re effici consumptum, neque quidquam profectum esset: uenit ad uadimonium Naeui.

EXPLANATIO

C. QUINTIVS fuit usitatum narrationis initium. ut in Diuin. Agonis est quaedam Lilybaea. Lib. I. in Verré: C. Sulpicius Olympij fuit. Lib. II. Sopater quidam fuit Haliciensis. Lib. III. Nympha est Centuripinus: Eubulides est Grosphus Centuripinus. Solitus est Entellinus. Lib. IV. Cn. Pompeius est Philo. Nec solum in orationibus, sed etiam in epistolis: ut ad Acilium lib. XIII. L. Manlius et Sosius. **A T T E N T U S**, qui rem domesticam curaret egregie. nam, Attentus, hoc ualeat interdum: ut pro Roſcio Am. Hac attenta uita, & rusticana. Terentius in And. Nimium ad rem in fenecha attenti sumus. **V I R O B O N O**, ironia: quae sequentibus uerbis aperitur. **O F F I C I A** certi patris filiias, quae qui ignorat bonus esse non potest. ignorat autem Naeuius, quod ita institutus est: non igitur uir bonus. **N O N Q V O E D E S S E T I N G E N I U M**: laudare uelle Naeuium uidetur, & statim uituperat: item ut supra, Viro bono, ueruntamen non ita instituto, &c. **N E Q U E P A R V M** factus: caret hoc ignominia, si solum ponatur: sed fit ignominiosum addito uerbo **S C U R A**: ut quod lequitur, Neque inhumanus, habere laudem uidetur, sed amittit sequente paeconis nomine. nam humanitatem praeco, si qua utitur, ad suum quaestum totam confert. **Q V I D E R G O E S T**: quid est, cum de C. Quintio dixerim: Vna in re paullo minus consideratus, qui societatem cum Sex. Naeui fecerit. Subiungit cauillam: Cum ei natura, &c. **N I H I L M E L I U S**, quam uocem, id est, nihil boni, praeciuocem. **N I H I L P R A E T E R L I B E R T A T E M**: Miserrimus ergo Naeuius, quod ad rem familiarem attinet. **V O C E M I N QUAESTU M C O N T U L I T**: praeconem descripsit a uoce, & libertate: quarum alteram Naeui natura dedit, alteram pater non dedit, sed uel, consumptis reliquis bonis, unam reliquit, quam adimente non potuit; uel ita pauper fuit, ut ei praeter libertatem nihil relinquere potuerit: qua difficultate coactus Naeuius, uocem in quaestu contulit. Videtur excusat Naeuium, cum dicit: Cum ei pater nihil, praeter libertatem, reliquisset: sed in re turpissima locum non habet excusatio. quid autem turpius, quam uocem uendere? unde infra: Cuius uox paeconio quaestu prosttit. **L I B E R T A T E M U S U S E T**: opinor, hoc dicit: paeconium coepit exercere. **Q V O I M P U N I U S D I C A X E S T**: quia dicatas in paecone ferrur, atque adeo delectat, in alijs odium excitat. Exstat exemplum Grani paeconis: qui cum ne magistratibus quidem parcere soleret, id ei tamen impune fuit. unde illa pro Planicio: Consuli P. Nasicae paecon Grani medio in foro, cum ille, edicto iustitio, domum discedens rogasset Grani, quod tristis esset, an quod auctiones essent; Immo uero, inquit, quod legiones. Idem tribuno pl. potentissimo homini, M. Druso, sed multa in rep. molienti, cum ille eum salutasset, ut fit, dixissetque, Quid agis, Grani? respondit, Immo uero tu Druse quid agis? Ille L. Crassi, ille M. Antonij uoluntatem asperioribus facetijs saepe perstrinxit impune. **Q V O D S O C I U M T I B I E U M U L L E T A D I U N G E R E**: Tibi, de quocumque dixit, pro, quod eum sibi quisquam socium uellet adiungere. **I S T U A P E C U N I A**: cum ipse de suo nihil ad communem fructum conferre uellet. **Q V I P E C U N I A F R E T U S E S T**: ut ex tua, non ut e sua pecunia fructum caperet. **C O M P A R A B A N T V R**: acquirabantur. **T O L L I T V R**: spe lucri, quasi aliqua ui: ut illud, quod sequitur, Trans alpes uelut transfruerit. quod magnum ac perdifficile fuit in Naeui, in atrijs Licinijs federe solito: sed omnium itineris molestiam, ac difficultatem uicit auaritia. **A B A T R I I S L I C I N I J S**: locus in urbe, ubi paecones uerabantur, quod aut ibi, aut non longe auctiones fierent. infra: Suos necessarios ab amico Licinijs,

In Orationem pro P. Quinctio.

9

Liciniis, atque a faucibus macelli corrogat. IN GALLIA M̄ transalpinam: quod ut exprimeret, subiunxit, Trans Alpes. SIN E impendio, & cum ipse de suo nihil impenderet, qui uoce tantum ad quaestum uteretur. N E S C I O quid & minus uidelicet, quam C. Quinctius: id autem ex eo, quod praeconio quaesierat. nam pater ei, praeter libertatem, nihil reliquerat. Nec mirum, si is, qui uocem uenalem habuerat, ea, quae uoce quaesierat, magno sibi quaestui fore putabat. & recte argumentatur, nam ex una turpitudine sequitur altera: &c, qui pudorem semel abiecit, eum deinde, impudentem esse, quis miretur? ITA diligens erat, & non caret lepore: nam laudari diligentia solet, sed honestis in rebus: at Naeuius ita diligens erat in fraudanda societate, quasi furtum honesta res esset; qui uero societatem fideliter administrarent, condemnari solerent. ARBITRIVM pro socio, & in iudicio, quod pro socio constituitur. quod ideo uocatur arbitrium, non quia revera sit, sed quia, cum in ea formula, quam praetor iudici dat, additur, Ex fide bona, id est, ut ex aequo bonoque iudicet, arbitrij simile uideretur. in arbitrijs autem, quae uere Arbitria sunt, non accipitur a praetore formula. Haec de sententia: quod attinet ad uerba, uix mihi, nihil desiderari, quisquam persuaserit. unde enim regitur, quo modo consistit per se, Arbitrium pro socio? quod si legatur, Ad arbitrium pro socio: fortasse, quo lector offendatur, non erit. CVPI T commemoRare. & non solum ea me cupit dicere, sed etiam commemoRare, id est, copiose dicere. ego autem ne dicam quidem, quia necesse non est. NON flagit, & non uehementer postulat. CVM annos iam complures societas esset, & cum narrare uideatur, oblique tamen ueneficij crimen in Naeuium quinque coniicit argumentis: uno, ex diuturnitate societas; cum spatiu iam fatis habuisset ad seuocandum in priuatam domum, quidquid de communi potuerat: altero, quod se Quinctio suspectum esse intelligeret, nec iam, ut censuerat, arbitratu suo furari posset, suspitione cautionem afferente: tertio, quod rationem earum rerum, quas libidine, non ratione, admittit uerat, Naeuius reddere satis commode non posset: quarto, quod obierit Quinctius, cum Naeuius adesset: quinto, quod obierit repentina. Quae si minus ad probandum crimen ualent, significatione tamen aliqua non carent. nec in ijs diutius orator immoratur; ne, quae sunt extra causam, uerae defensionis inopia quaerere, & aucipari uideatur, sed breui narratione, quasi aliud agens, ingeniose percurrit. SVMMVS bonorum significatio amoris, qui potissimum in morte declaratur. Honoris quoque mentio fit in oratione pro Caecina, propter uolumfructum bonorum testamento legatum. Moritur, inquit, Fulcinius: testamento facit heredem quem habebat e Cesennia filium: uolumfructum omnium bonorum suorum Cesenniae legat, ut fruenteret una cum filio. magnus bonus vir iucundus mulieri suisset, si diuturnum esse licuisse. NEC ITA multo post, & Nec, pro, Non, ut Nec opinantem, pro, non opinantem. CVMI isto Naeuius suspicor abundare, Naeuius. ANNONIMI fere una sunt, & uere hoc, oratore illud infra: Annum, & co diutius, post mortem C. Quinctij fuit in Gallia tecum simul P. Quinctius. DE TOT A illa ratione, atque re Gallicana: & cum dicat, Illa, sine dubio nihil extra societatem significat, sed, quae ad societatem pertinent, omnia complectitur. quod ideo dicendum putaui, ne quis cum ijs etiam de rebus loqui existimaret, quae ipsius Quinctij erant priuatae, ut infra. PRIVATIM extra societatem. ESET reliquum, & priuato C. Quinctij nomine, non societatis. IN GALLIA ut deinde Romae solueret: SE factum esse certa & definita die. proscriptio enim & res auctionantis, & diem auctionis nominabat. IBI T V M ad rem spectat, Ibi, non ad locum: quasi dixerit, in eiusmodi re, cognito Quinctij consilio: ut in Verrem lib. III. Quid tu ibi tum, quid facis? Et pro Caecina: Ibi tum Caecinam postulasse. Et Terentius And. Ibi tum examinatus Pamphilus, Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat. DETERRET, & studiose dissuadet, ac dehortatur. hoc enim uerbum saepe in bonam partem accipitur, ut ad Metellum: Egi cum Claudia, uxore tua, & cum uesta sorore Mucia, ut eum ab illa iniuria deterrent. NON ITA commode non sine aliquo suo damno. SI SAPERET, & admonentis est, non obiurgantis, aut non aspere, non acerbe obiurgantis, sed ita, ut obiurgatio sit amoris index. Lib. III. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, ut transigerent. PRO fraterna illa necessitudine, & pro illa necessitudine, quae sibi cum C. Quinctio, Publij fratre, fuerat. P. SCAPULA E gentili suo. nam Scapula cognomen Quinctiae gentis fuit: quod ex Plinio lib. VII. cap. 53. ex Dione lib. 53. cognoscitur. PER T E arbitrum. PROPTER aerarium rationem & aliam alijs temporibus, non enim uel aurea, uel argentea moneta semper idem ualeat. de qua uarietate sic lib. III. Off. Cum tribuni pl. collegium praetorum adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur. iactabatur enim temporibus illis nummus, sic, ut nemo posset scire, quid haberet. NISI a quaestoribus quaesisset, & quaesiuit igitur Quinctius a quaestore Aquillio. is autem annus, quo quaesturam gessit Aquilius, quantum e sequentibus licet coniicere, Carbone II, Cinna IV. cos. fuit, quadriennio ante, qua: haec diceretur. Quaestores dicti a quaerenda pecunia publica. anno enim post electos reges, ut ait Plutarchus, duo, qui aerarium, in aede Saturni custodienda pecuniae publicae causa constitutum, curarent, a populo creati. quamquam hunc magistratum multo ante, regum aetate, fuisse, eodem tractandae publicae pecuniae munere, curiatis comitiis creatos, alij tradiderunt. Aucto imperio, simul augeri quaestorum numerum necesse fuit, duo primum additi, mox quattuor: cumq. usque ad Sullae dictaturam octo fuissent, Sullam uiginti supplendo senatui, cui iudicia tradiderat, lege lata esse iussisse, Tacitus auctor est. Eorum alij alia tractabant, ut cuique fors obuenerat: aerarium, ut diximus, duo, qui quaestores urbani uocabantur, & pecuniam publicam expensam & acceptam in tabulas referebant, addit Liuius lib. VII. eisdem ex aerario signa prompsisse im-

B peratoribus

peratoribus ad bellum exeuntibus. Quaeftoria prouincia erat Ostiensis, id est frumenti cura, quod diuersis regionibus aduehebatur: de qua mentio fit in orat. pro Murena. Erat ea, quae lege Titia datur: de qua in eadem oratione. Erat Puteolana, mercium peregrinarum caufa, de qua in Vatinium. Duo praeterea consulibus operam nauabant, ut P. Sextius C. Antonio, T. Fadius Ciceroni. quod ex orationibus pro Sextio, post Red. in sen. intelligitur. Alij cum proconsulibus, & propraetoribus, uel singuli, uel bini, in prouincias ibant, ut acceptam a senatu pecuniam in stipendum, frumentum, legatos, proquaestores cohortem praetoriam diſtribuerent. Denique diuersis muneribus, non ipſorum arbitrio, non senatus decreto, non populi iuſſu, ſed fortis euētu operam dabant. Vocazione coq. & prehensione caruiffe, ideſt neque uiatorem habuiffe, neque lictorum, ſed seruis publicis uos ſell. docet Gellius lib. XIII. cap. 12. Potestate autem, ut aediles, tribuniq. pl. non imperium, ut conſul, praetor, dictator, habere dicebantur. Iurisdictionem, & quaefitionem ipſi quoque ſuam habuerunt, ut tribuni pl. triumviri, auctore Pediano: & Plutarchus, cognouiffe eos de ſcribarum crimibus, memoriae prodidit in Catone Uticensi. In prouincijs iurisdictionem habuiffe, ostendit Cicero in Diuin. Caecilij Verris praetoris exemplo, & Suetonius in Caſare. Lictoribus etiam, quibus in uite uti non licuit, extra urbem uos esse, cognouimus lib. II. in Verrem. Quaestores, inquit, utriuſque prouinciae, qui iſto praetore fuerant, cum facib⁹ mihi praefo fuerunt. Et pro Plancio: Simul ac me Dyrachium attigisse audiuit, ſtatiu ad me, lictoribus dimiſſis, inſignibus abieciis, uelle mutata, profectus eſt. Erant & parici quaestores, rerum capitalium praefecti, ſed ab eo, de quo loquimus, genere differebant. Primus gradus honoris quaefatura fuit, tributisq. comitijs, poſtea quam infirme fuit, dabatur: non enim inter maiores magistratus fuit, qui centuriatis creabantur, ut praetor, conſul, censor: ac ne curulis quidem: patricius tamen, habita ratione primorum temporum, quibus patricij quaestores fuere. nam poſtemo magistratus omnes, interrege excepto, plebej⁹ gentibus communicati. DECIDIS: ut quaestor, & arbiter. Quid iis ad denarium ſoluereetur: cum, Ad denarium dicit, integrae ſummae ſolutionem significat. Argenteus nummus fuit, argento primi mudi, pro denis aeris libris, ideſt pro denis affibus, qui primo librales fuere. ſignari autem coepit d' annis tantum quinque ante primum Punicum bellum, auctore Plinio. Bello Punico ſecundo, exauſta ſumptibus rep. denarium ſedecim affibus permutoſi placuit, uelut nomine retento, quinarium octo- nis, ſeſtertium quaternis. Septenos in uncia percuſſos eſſe ante imperatorum aetatem, auctore eſt Plinio: ut, quemadmodum in ceteris rebus, item in nummorum pondere Graecos anteirent. drachmae enim Atticae & Solonis iſtituto centenae in mina percutiebantur, ideſt quattuor amplius, quam in libra Romana: quia mina non e ſolis duodecim uncij, ut libra, ſed e duodecim, & ſemifeſſe, ideſt unciae dimidio, conſtabat. ita ſiebat, ut in diſpari minae libraeq. pondere, octonae drachmae in uncia minae, dimidia praeterea in ſemifeſſe, ferirentur: pari autem pondere, octonae tantum drachmae. pluit igitur Romanis, & ſingulis uncij denarios tantum septenos cudere. Nam, quod ubique drachmam pro denario Graeca nominat historia, id cauſae eſt, uel quia ſimiſorem nummum Graeci nihil habebant, uel quia, poſt reip. tempora, denarij pondus immiñuerit principum auaritia, ſic, ut in ter denarium & drachmam nihil intereffet. quod co mihi perſuadetur magis, quia non obſcure dixi. Plinii lib. XXII. cap. ult. Drachma Attica denarij argentei habet pondus. Et lib. XXXIII. cap. 9. cui ait Alij e pondere ſubrahunt: cum ſit iuſtum XXXIV. e libra ſignari: uidetur indicare, aetate tua non fieri quod iuſtum erat, ſed plures XXXIV. e libra ſignari. Et Plutarchus in Camillo drachmam a denario non diſtinguit. Perspicue autem Dio, drachmam a denario nihil diſferre, lib. LV. ſignificat, ubi aureum nummum drachmis XXV. aeftimat. nam eundem nummum centum ſeſtertijs Tacitus lib. XVII. aeftimat: & centum ſeſtertijs denarios XXV. confici, nemo nescit. Fuit & denarius aureus, opinor, qui nummus aureus uocatus eſt, eo pondere, ut argenteis XXV. permuraretur. quod proxi- me teſtium locupletum copia probauimus. nam Plinij uerba ſunt obſcuriora, quam ut ſententia certa, cognoscij. poſſit. Posſeſt quia locuples. DEBERE: quia promiferat. ANNVISET: non modo poſtulas. Iterum dico, optimus: paullo enim ante: Ibi tum uir optimus Sex. Naeuius hominem multis uerbis deterret, ne auctionetur. IN IPSO articulo temporis: in ſumma neceſſitate: cum Quintius pecuniam Scapulis, nulla interpoſita mora, ſoluere cogeretur. ASSEM ſeſe negat daturum: nihil ſe daturum aſſirms. as enim minimi pretij nummus fuit. &, ad aſſem perdere, dixit Horatius, uniuersae pecuniae iacturam ſignificans, in ijs uerſibus:

Luculli miles collecta uatica multis

Aerumnis, lassus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat.

Liber hic de Aſſe pauca quaedam ſubſcribere, ut hos Commentarios aliqua interdum rerum Romanarum adſpersa notitia iucundiores efficiat: admonitu praefertim, hortatuq. ſapientiſſimi uiri, ad Sedis Apoſtolicae decus, & Christianae Reip. ſalutem nati, IOANNIS MORONI Cardinalis: cuius optime de me meriti ſtudio non obſequi, nefas eſſe duco. modum tamen tenebo: ne, ſi ſim longior, antiquitatem explicare uoluiſſe uidear alieno loco; ſi breuior, mutila quaedam, & obſcura tradidiſſe. As diſtus quaes: nam ex aere rudi, libralis prium factus eſt: unde aeris grauis poena dicta: mansitq. rudiſ uique ad Seruum regem: tunc ſignari coepit eſt nota pecudum: unde Pecuniae nomen orrum. In hoc numero, licet minimo, Romani tamen, ex omni re laudem aucupantes, bonitatem aeris adamarunt: Cyproq. iſula cognita, aſſem perpetuo fecerunt ex aere Cyprio, quo pyropi igneſcens bractea conficitur,

Minores

In Orationem pro P. Quintio.

II

Mincres nummi, (nam uno tantum uti, librali praesertim, incommodum erat) tamquam partes affi-
tibieiae, undecim fuere, uncia, omnium minima: dextans, duarum unciarum: quadrans, trium:
triens, quattuor: quincunx, quinque: semis, sex: septunx, septem: bes, octo: dodrans, nouem:
dextans, decem deunx: undecim, quas omnes complectebatur unus as. Bello Punico primo, non tam
maioris commodi gratia, quam quod impensis resp. non sufficeret, constitutum, ut asses sex tantario
pondere ferirentur, idest, ut duarum tantum unciarum singuli essent: nam sextans sexta pars librae,
id est antiqui assis, fuerat. ita quinque partes factae lucri, disolutumq. aes alienum. Quot tempore, signo
pecudis omisso, nota assis coepit esse ex altera parte Ianus Geminus, ex altera rostrum nauis. Eadem
causa fecit, ut bello Punico secundo unciariales fierent. neque hic minuendi ponderis finis fuit, in publi-
cis quoque rebus, non modo in priuatis, noua lucra humano semper querente ingenio. tenuum erat
alibra ad sextantem, a sextante ad unciam: uncia postremo semunciae locum dedit, assesq. lege Papi-
riana semunciales facti: iisq. populus Romanus ad Vespasiani tempora usus est. nam postea mutatos,
nulla docet historia. Eandem fuisse rationem in assis partibus, idest in reliquis aereis nummis, ut, asse
imminuto, ipsae quoque proportione minuerentur, credibile uidetur: exempli gratia, quadrans, cum
as libralis esse desijt, mutauit pondus, nec fuit amplius trium unciarum, sed assis tamen quarta pars
& pondere, & pretio fuit, sicuti primum fuerat. nec dubium est, cum Martialis dixit, Dat Baiana
michi quadrantes sportula centum, quin ases XXV. qui sunt iulij fere duo Romanae monetae, signi-
ficauerit. Supra assem nummus aereus, praeter dipondium, qui duos ases peperit, nullus, ut arbit-
tor, fuit. Nam Plinij uerba hb. XXXIV. cap. 2. de festertio aereo, ut carere mendo putem, uix um-
quam adducar. Argentei nummi simul cum aereis fuere, ipsi quoque argento rudi. libella argentea
assi aereo respondebat, accepto nomine a librali asse. itaque, quod hic Cicero, Assem se negant daturum,
idem lib. II. in Verrem dixit, Quis Volcato, si sua sponte uenisset, unam libellam dedisset? di-
uerso uocabulo eandem rem significans. sed argentum non eodem, quo aes, tempore signatum est: aes,
ut diximus, regnante Servio, argentum paucis ante primum Punicum bellum annis, diuersa ab aereno-
ta, bigis, quadrigisq. Et, ut proportio esset aliqua inter aes, & argentum; redacto asse a duabus un-
cijs ad unam, argenteos quoque nummos pluris, quam antea, ualere placuit, festertium quater-
nis assibus, qui dipondio, idest duobus assibus, cum semisse fuerat: unde uetus nomen fester-
tij, quod perpetuo mansit: quinarium octonis, qui fuerat quinis; ut festertium, sicut antea,
dimidio superaret, denarium sedecim, antiquo nomine, ut in reliquis nummis conseruato.
Quippiam promisisset. & quod non ipse, qui promisisset, uerum dominus, cuius iussu promis-
serat, praefastre deberet. Saepe corruptam praeconio quaestu Naeuij naturam Cicero carpit. A
FERT: & impletat: ut interim curare pecuniam possit. DIFFICILIORE condicione & aliqua
pecuniae iactura. QVAM minima cum molestia & per arbitrios. Nos & loquitur ex persona Quintij.
nam ipse causam eius non defendebat eo tempore. sic infra: Condicionem tuli: cum tamen ea
condicio non ab ipso, sed ab aliis, qui tum Quintio aderant, lata sit. Et: Quod est hoc iudicium,
in quo iam biennium uersamur? cum tamen ipse paullo ante in eo iudicio uersari coepisset, priore pa-
tronu Iunio noua legatione impedito. Eodem modo, quod sequitur, interpretor, Propinquum no-
strum, non ipsius Ciceronis, sed Quintij: ut infra patet. Item illud: Aduocatos nostros acerrime
submouet: pro, aduocatos Quintij. nam ipse Cicero tum Quintio non aderat. dixit enim paullo
ante de iisdem aduocatis: Recusabant, qui aderant tum Quintio. RES conuenire nullo modo poterat
Rem conuenturam, dixit Phil. I. RES esse in uadimonium coepit. & pro, in uadimonio: ut in Diuin.
Quae in amicitiam populi Romani, ditionemq. essent. In uerrem lib. V. Quo in loco maiores Syracusa-
num quemquam habitare ueterunt: quod, qui illam partem urbis tenerint, in eorum potestatem
portum futurum intelligebant. Pro lege Manilia: Cum uestros portus, atque eos portus, quibus ui-
tam, & spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestatem sciatis. Plautus in Amphitr. Non uero mihi in mentem fuit. Gellius lib. I. cap. 7. Res autem esse in uadimonium dicitur, cum per uadimonia li-
gitatur, siue apud arbitrios, siue apud iudices, arbitri autem erant Trebellius, & Alphenus.

ORATIO

O bsecro, C. Aquilli, uosque, qui adestis in consi-
lio, ut diligenter attendatis, ut singulari ge-
nus fraudis, & nouam rationem insidiarum cognoscere possitis. Ait se auktionatum esse in Gallia: quod
sibi uideretur, se uenidisse: curasse, ne quid sibi so-
cietas deberet: se iam neque uaddir amplius, neque
uadimonium promittere: si quid agere secum uelit
Quintius, non recusare. Hic, cum rem Gallicanam
cuperet reuise, hominem in praesentia non uada-
tur. ita sine uadimonio disceditur. deinde Romae
dies x x fere Quintius commoratur: cum cete-
ris, quae habebat, uadimonia differt, ut expeditus

in Galliam profici sci posset. profici scitur: Roma egre-
ditur ante diem IV Kal. Febr. Scipione & Nor-
bano cos. quaeo, ut eum diem memoriae mandetis.
L. Albius, Sex. filius, Quirina, uir bonus, & cum
primis honestus, una proiectus est. cum uenissent ad
Uada Volaterrana quae nominantur, uident perfac-
miliarem Naeuij, qui ex Gallia pueros uenales isti ad-
ducebat, L. Publicum. qui ut Regiam uenit, nar-
rat Naeuij, quo in loco uiderit Quintium. quod nisi
ex Publicio narratum Naeuij esset, non tam citores in
contentionem uenisset. tum Naeuius ipse pueros circum-
amicos dimitit: ipse suos necessarios ab atrio Lici-

B 2 niis,

nis, & a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. uenient frequentes: testificatur iste P. Quintilius non fitisse, & se fitisse. tabulae maxime signis hominum nobilium consignantur. disceditur. postulat a Burrieno praetore Naeuius, ut ex editio bona possidere licet. iusit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas, liberis istius uiris, duelli nullo modo poterat. qua ex re intelligi facile potuit, nullum esse officium tam sanctum, atque sollemnem, quod non auaritia comminuere, atque uiolare soleat. etenim, si ueritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est, iste, qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, uanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur. Libellos Sex. Alphenus, procurator P. Quintili, familiaris & propinquus Sex. Naeuii, deuicit: seruum unum, quem iste prebenderat, abduxit: denunciat, se se procuratorem esse, istum aequum esse famae fortunisq. P. Quintili consulere, & aduentum eius expectare: quod si facere nolit, atque imbibiter eiusmodi rationibus illum ad suas condicione perducere; se se nihil precari, & si quid agere uelit, iudicio defendere. Haec dum Romae geruntur, Quintilius interea, contra ius, & consuetudinem, edito praetoris de saltu agroq. communis a seruis communibus uideretur. Existima, C. Aquili, modo, & ratione omnia Romae Naeuium fecisse, si hoc, quod per litteras illius in Gallia gesum est, rete, atque ordine factum uidetur. Expulsus, atque eiectus e praedio Quintilius, accepta insigni iniuria, confudit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat in provincia: quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. is eam rem quam nehementer vindicandam putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. Alphenus interea Romae cum isto gladiatore ue-

tulo quotidie pugnabat: utebatur populo sane suo, propterea quod iste caput petere non desinebat. iste postulat, ut procurator iudicatum solui satisdare. negat Alphenus aequum esse procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse adeset. Appellantur tribuni: a quibus cum esset certum auxilium petitur, ita tamen disceditur, ut idibus Sept. P. Quintilius sit Sex. Alphenus promitteret. Venit Romanus Quintilius, uadimonium sifit. iste, homo acer rimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum & sex menses nihil petit, quiescit, condicibus hunc, quoad potest, producit: a Cn. Dolabella denique praetore postulat, ut sibi Quintilius indicatum solui satisdet, ex formula, quod ab eo petat, cuius ex editio praetoris Romani bona dies xxx possessa sint. non recusabat Quintilius, quin ita satisdare iuberet, si bona possessa essent ex editio. Decernit: quam acquum, nihil dico: unum hoc dico, nonum: & hoc ipsum tacuisse mallem; quoniam utrumque qui quis intelligere potuisset. Iubet P. Quintilius aut satisdare, aut sponsonem cum Sex. Naeuiu facere, si bona sua ex editio P. Burrieni praetoris dies xxx possessa essent. Recusabant, qui aderant tum Quintilio: demonstrabant, de re iudicium fieri oportere; aut uterque inter se, aut neuter satisdaret: non necesse esse famam alterius in iudicium uenire. clamabat porro ipse Quintilius, se se incircos nolle satisdare, ne uideretur iudicasse, bona sua ex editio possessa esse: sponsonem porro si istiusmodi faceret, se, id quod nunc euenerit, de capite suo priore loco eau ssam esse diceturum. Dolabella (quemadmodum solent homines nobiles: seu recte, seu perperam facere coepimus, ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natu sequi possit) iniuriam facere fortissime persuerat; aut satisdare, aut sponsonem iubet facere, & interea recusantes nostros aduocatos acerrime submouerat.

EXPLANATIO

ANTE diem IV Kal. Febr. idem est, Ante diem IV Kal. Febr. quod, IV Kal. Febr. & introque modo ueteres loquebantur. de quo more ne multa colligam, unum, alterum vere citabo locum: ne dixisse aliiquid sine teste videamus. Ad Tirōnem, cum scripsisset, Is dies fuit nonis Nou. subiunxit, Inde ante lucem proficentes, ante diem II X. id. Nou. has litteras dedimus. Et Gellius lib. X V. cap. 28. natum esse Ciceronem ait ante diem III non. Ian. qui se, natum III non. Ian. ad Att. scribit. Opinor autem, uel hic, II, id est pridie, uel infra, IV legendum: ut in eadem re dies idem ponatur. **S C I P I O N E**, & Norbano; hic est L. Scipio, sacer P. Sextij, a Cicerone defens. ciuili bello Marianarum partium fuit: destitutusq. ab exercitu, ad Sullam deficiente, Massiliam, libram ciuitatem, se contulit: ubi exul aliquandiu uixit, unde illa in Sextiana: Duxit uxorem, patre uiuo, optimi, & calamitosissimi uiri filiam, L. Scipionis. clara in hoc P. Sextij pietas exstitit, & omnibus grata, quod & Massiliam statim profectus est, ut sacerum uidere, consolariq. posset, fluctibus reip. expulsum, in alienis terris iacentem, quem in maiorum suorum uestigiis stare oportebat: & ad eum filiam eius adduxit, ut illo insperato aspectu, complexuq. si non omnem, at aliquam partem maeroris fin deponeret. L. A L B I V S Sex. F. Quirina, & sic legendum, non Quirinas. est enim, Quirina, pro ex Quirina tribu, antiquo more, quem Pedianus in eo loco, C. Verrem Romilia, ostendit his uerbis: Romilia, nomen est tribus, ablatiu casus: ut sit, ex Romilia. tribus enim urbanae, rusticaeq. omnes xxx v. numerantur. ex quibus aliquam, necesse est, cuiusque ordinis fuerit, cuius Romanus obtineat. moris autem fuit, cum aliquis ciuis Romanus ostendendus esset, ut significaretur aut a praenomine suo, aut a nomine, aut a cognomine, aut a cognatione, aut a tribu, in qua censeretur, aut a curia, aut a censu, ut, si erat senator, eques ue Romanus. sic alibi ait, C. Claudius, C. F. Palatina. Haec Pedianus. Ego tribus nomen iis tantum addi solitus arbitror, qui parum aliqui noti essent, non gestis honori bus, non maiorum dignitate, non ordine senatorio, cognoscerentur: qualis ille, a Pediano proxime nominatus, C. Claudius C. F. Palatina describitur lib. II. in Verrem. & act. I. Q. Verres Romilia, ut homo

homo improbus, & in corrumpendis tribibus exercitatus, cum probro appellatur. nam P. Rupilio, equiti Romano, qui nominatur in epistola ad Crassipedem, additam esse Meneniam tribum credidimus, ut ab altero P. Rupilio distingueretur. Nominatur & a Plinio lib. VII. cap. 49. ex opido admodum ignobili Velleiacio, qui C X L uixit annos, M. Mucius M. F. Galeria, Felix. Excipio sepulcrorum quasdam inscriptiones, non clarorum tamen hominum, & S. C. omnia, in quibus addi solita tribus est ad eorum nomina, qui scribendo aderant, aut eorum, de quibus ornandis, cum pro rep. mortem obiissent, agebatur: ut Phil. IX. Ser. Sulpicius, Q. F. Lemonia, Rufus. De tribibus olim scripsi, cum obscurae adhuc essent Romanae antiquitates. ea si putem iteranda: lector fortasse non fastidiet: ei quidem uiro, quem supra nominaui, hoc a me doctrinæ genus postulanti, satisfiet. Romulus in tres partes, quas ideo Tribus uocauit, ciuitatem diuisit, Ramenses, Tatienses, Luceres, idest Romanos, quos ipse fecum adduxerat; Sabinos, qui cum T. Tatio rege in urbem recepti erant; Lucumones, Etruriae populos, qui Romulo, cum Sabinis dimicanti, opem tulere: unde ipsi quoque in urbem recepti: & inde Tusci uicus. Postea Ser. Tullius, sextus Romanorum rex, in maiore ciuium multitudine quatuor tribus fecit, & ab urbis collibus appellauit, Suburram, Palatinam, Collinam, Esquilinam. Sequentibus deinde temporibus, aucta urbe, prolatis imperij finibus, additae sunt nouae tribus, alias alio tempore, sic, ut ad XXXV peruererint; quarum XXXI rusticae, urbanae IV uocabantur: rusticae, laudatissimae, eorum, qui rura haberent; quae ingenuorum erant; cum urbanæ libertinorum essent; in quas transferri, ut ait Plinius, ignominiae fuit. urbanae uero fuerunt, quas a Seruio rege institutas esse dixi. In iis XXXV tribubus censebatur uniuersus populus Romanus, & in sua quisque tribu suffragium comitiis ferebat, nomenq. dabat militiae cauilla. Earum omnium nomina fuerunt haec, in quibus ordinem litterarum, non temporum, seruabo. Aemilia, Aniensis, Arniensis, Claudia, Clustumina, Collina, Cornelia, Esquilina, Fabia, Falerina, Galeria, Horatia, Lemonia, Macchia, Menenia, Oufentina, Palatina, Papiria, Poblilia, quae deinde Publilia dicta, ut ex Poblius Publius: Pollia, Pomptina, Pupinia, Quirina, Romilia, Sabatina, Scaptia, Sergio, Stellatina, Suburra, Terentina, Tromentina, Veientina, Velina, Veturia, Voltinia. Vnde nomen acceperint, affirmare de omnibus difficile est. alias quidem a partibus urbis, a familijs multae, alias aliunde. nam, quod ait Pedianus, de Sabinarum raptarum nominibus plures esse dictas: non assentior: cum a Sabinis mulieribus curiae, non tribus, Liuio, & Festo auctoribus, nominatae sint; & Seruio regnante, multis post raptum Sabinarum annis, primae quatuor tribus institutae; atq. de nominibus collum, ut diximus, appellatae. **C V M P R I M I S honestus**, **;** Ciceronem arbitror seruire tempori: ne, cum testimonium de die, quo Quintius Roma egressus est, Albius dicit, fides ei, ut homini parum honesto, derogetur. infra quoque: Profectus est una L. Albius, homo in primis honestus: dicer testimonium. Haec ideo dixi, ne, quod iam dixeram de tribus nomine, solis ignobilibus addito, quasi refelli wideretur hoc Albij exemplo, quem Cicero hominem cum primis honestum uocat. **P V E R O S** seruos, licet pueritiae essent annos egressi. notatur enim condicio, non aetas: & ita saepe Cicero locutus. **C I R C U M amicos** **;** ad omnes amicos. &c, Circum, non paucos uidetur indicare: ut in exemplis. Lib. II. Cum praetorem circum omnia fora sectaretur. Lib. IV. Nobilissimum quemque ad se acceperat, circum omnia prouinciae fora rapiebat. **S v o s necessarios** **;** praecones. nam ad eos amicos, qui non in atriis Liciniis, nec in fauibus macelli uersarentur, idest ad honestiores, non misit suos necessarios, sed pueros, idest seruos. **E t A Faucibus macelli** **;** locus non admodum ab atriis Liciniis disiunctus, qui nominatur lib. III. in Verr. & ita quidem, ut parum honestus fuisset uideatur: cum in eo sederet Alba Aemilius, Verris familiarissimus. **A d tabulam Sextiam** **;** ad tabernam eius nominis: ut ibi tabulae, deserta Quintio uadimonij testes, conscriberentur, & uitorum nobilium analis consignarentur. **H o r a secunda postridie**: **;** hora secunda illorum temporum non respondet nostrorum horae secundae. neteres enim diem in duodecim horas, ab ortu solis ad occasum, & in totidem noctem, ab occasu ad ortum, quacumque anni parte, diuidebant. diurnae tamen horae nocturnis dissimiles erant. nam aestate, longioribus diebus, brevioribus noctibus, diurnae duodecim horae longiores, nocturnae breuiores: contra uero hie me, brevioribus diebus, longioribus noctibus, diurnae breuiores, nocturnae longiores. ita sexta diei hora semper meridies fuit, sexta noctis hora media nox: duodecima, diei noctisq. semper ultima, unde illud M. Crassi, quod apud Plutarchum legimus, in Deiotarum regem, urbem aedificantem extrema senectute: Quid tu, Deiotare: duodecima hora aedicare coepisti? Hic autem dies naturalis erat, horarum duodecim, oriente sole incipiens, occidente definens. nam ciuilis a media nocte ad medianam sequentem, X X I V horarum spatio, producebatur: ut Gellius lib. I I I. cap. 2. auctor est. Hic Cicero, cum ait, Hora secunda, de naturali die loquitur. & quia mensis Ianuarius extremus erat; quod ipsa narratio docet; quo tempore dies est horarum X I I I: hora secunda antiqua producitur in aliquam partem horae tertiae recentioris. De eodem dierum genere accipiendum est, quod Sulpicius ad Ciceronem scripsit: Circiter horam decimam noctis Postumius ad me uenit. Nam, cum loquatur de die uigesimoquinto mensis Maij, quo tempore decem horarum nox apud nos non est: necesse uidetur intelligere, tum fuisse noctem duodecim horarum, quem admodum erat per totum annum. Et, cum subiungit idem Sulpicius, E uestigio eo sum profectus prima luce, ibi quoque ostendit duodecim fuisse noctis horas, & se ab hora decima, qua Postumius uenit, ad duodecimam, cogendis medicis, quos ad Marcellum uulneratum adduceret, operam dedisse. Et Martialis, cum dixit, Incipit exstructos frangere nona thoras, ostendit ueteres cenare solitos esse tri-

bus

bus horis ante solisoccasum. quod si seruetur aetate nostra, cene tempus incideret in horam uigilam primam. TESTIFICATVR iste; cum sequatur, Et se stitisse: aptius putaui, Testificatur illa, quam, ut antea, Testificantur isti. Nec uero de nobilibus uiris, quibus & testibus, & tabularum obfignatoribus Naenius usus est, diceretur, Isti. Testificari autem, est, testibus probare. Non stitisse, & hic perperam, Sicutis, legebatur. Sistere, simpliciter dicitur, & coniuncte: simpliciter, ut hic: coniuncte, cum accusandi casu, ut Cicero infra: Venit Romam Quintius, uadimonium sistit. Sift etiam iudicio, passim dicitur: ut apud Iustinianum Nou.LXIX. Et se stitisse: falsum utrumque, nam nec Quintius uadimonium deseruerat, nec ad uadimonium Naenius uenerat. discessum enim erat sine uadimonio, nec Quintius Naenio, nec Naenium uadante Quintio. quod supra Cicero dicit. TABVLAE maxima; testimoniis plurimorum nominibus resertae. frequentes enim ad tabulam Sextiam conuenerant. HOMINVM nobilium; quo plus esset auctoritatis in fraude. A BVRRIENO praetore; eti gentium Romanarum nomina in Ius definiere certum est, ut Iulius, Pompeia, Tullius: quaedam tamen excipiuntur, quae definiunt in Ienus, ut Vibienus, Matienus, Allienus, Vatienu. eisdem generis esse Burrienus existimo. Ex edicto; ipsius Burrieni praetoris urbani. edictum enim praetor urbanus, ante quam iniret magistratum, proponebat; ut annua quasi lex a populo cognosceretur, quam in iure dicundo seruaturus esset. Bon a possidere; quod Quintius non stitisset, ipse autem stitisset. de quo tabulas maximas, signis hominum nobilium consignatas, proferebat. EIVS, & arguit ab inhumanitate: cum arguerit iam ab iniustitia. VANUM; mendacem. Virgilius lib.I. Aen. Ni frustra augurium uani docuere parentes. Lib.II. Vanum, mendacemq. improba finxit. LIBELLOS; proscriptio bonorum Quintij, publice propositos a Naenio. ALPHENVS, & cognomen Romanae gentis, quae mihi tamen adhuc quidem incompta. QVEM iste prehenderat, & ut eum quoque ex edicto possidet. AEQVM esse; pro familiaritate, pro societate, pro affinitate. IMBIBERIT; in animum induxerit, omnino decreuerit. Male antea, Inhibuerit. ego locum restituui ante multos annos, auctoate adductus ueterum librorum, & exemplis Latinae linguae, nam Lucretius uerbum, Imbibere, imbel & iterum usurpat, pro, statuere cum quadam cupiditate, & quasi cum siti appetere, ut lib.III.

Qui petere a populo fasces, saeuialq. secures

Imbibit. Lib. VI.

Non quo uiolari summa deum uis

Possit, ut ex ira poenas petere imbibat aeres.

Huius uerbi uim Cicero ipse infra ostendit his uerbis: Sin autem immicissime, atque infelissime contendere perseueret, separatum esse omni recta, atque honesta ratione defendere, quod petat, non deberi. CONTRA ins, & consuetudinem, & nec fieri debet, nec solet, ut edicto praetoris quisquam, non deferto uadimonio, de suis bonis per uim exturbetur. DE SALTV, agroq. communi; De saltu, ad rem pecuniarum refertur; de agro, ad rusticam: quam utramque C. Quintius, P. Quintij frater, quo tempore societatem cum Naenio fecit, solus possidebat; societate facta, cum Naenio communicauit. Illud supra ostendit his uerbis: Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane bene culta, & fructuosa. Alterum obscurum non est, cum dicat, De saltu, agroq. communi. Exprimitur autem summa iniuria, quatuor quasi sententiae partibus: prima, De saltu, agroq. communi: nam, quod communè est, cur proprie Naenius possideat? Altera, A seruis communibus: qui si ad Quintium, item ut ad Naenium, pertinent, impelli eos unius domini iussu ad inferendam alteri domino uim, aequum non est. Tertia, VI, non ratione, & ordine. Quarta, Detruditur: non, mouetur, sed, detruditur, & si detruditur: ut omnis exclusa humanitas intelligatur. His ingenij luminibus orationem saepe suam Ciceron distinguit, & hoc artificij genere superiores uicit omnes, ne Graecis quidem exceptis. Modo, & temperate, pro Murena: Hoc ab eo more & modo factum est. Pro Cluentio. Iudicium: in quo non modus est habitus, non mos, consuetudoq. seruata. Off. Lib.I. Omnia, quae fiunt, quaeque dicuntur, ordo, & modus. RECTE, atque ordine; Ordine, pro sapienter: quo sensu Q. Fulius Calenus accepit, cum in sententia sua dixit Phil.X. Litteras Bruti recte, & ordine scriptas uideri. quamquam Ciceron, quia uerbum erat ambiguum, ad librarium transtulit, subiectiens: Quid est alius, librarium Bruti laudare, non Brutum? EXPVLSVS, atque eieetus; in utroque iniuria, sed maior in Eieetus. PRAEDIO; & saltu, atque agro. C. FLACCIVM; proconsulem transalpinae Galliae, aum fortasse, qui ante annos duodecim cum M. Herennio consul fuerat. nec dubium est, quin uiueret, dicente Cicerone, Quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. sic pro Rofcio Amerino: Sese ad Caeciliam, Nepotis filiam, quam honoris causa nomino, contulit. QUITVM erat in prouincia: & excusatio Quintij, quod Romam non configerit, unde longe aberat: cum Flacci imperatoris iustitia propinquum remedium esset. EX decretis eius; in, iudicium allatis. GLADIATORE uetulo; fraudibus, & insidijs assueto. gladiatorem appellat, propter uerbum, Pugnabat. VTEBATVR populo sane suo. & lui studioso, qui cuperet eum uiincere: ut in gladiatorum pugna fauere solebat populus potius, quam alteri. CAPUT petere non desinebat. & Quintij caput, idest salutem & uitam, non modo fortunas. Persistit in similitudine gladiatorum. brevis enim pugna populo non placebat: itaque oderat eos, qui, nimium eripiendae uitae cupidi, caput in pugna petere non desinerent. VT procurator iudicatum solui satisfactaret. Quandoquidem libellos deinceps, & Quintij bona prescribi ueterat. QVOD reus satisfactare non deberet: & quia satisfactare debet, qui uadimonium deseruit: desertum autem a Quintio negabat Alphenus. CERTVM auxilium; terceilio,

tercessis, contra Burrieni praetoris decretum. Ita tamen disceditur, si non intercedentibus quidem tribunis pl. cuius auxilij spe Alphenus ad eos confugerat, sed M. Bruto, intercessorum se, palam diente, nisi quid inter Alphenum & Naeuum conueniret. itaque conuenit inter eos, ut Alphenus Naeuum promitteret, sibi Quinctium idibus Sept. Sisti si adesse in iudicio, quasi eum uadatus esset Naeuum, antequam in Galliam proficisceretur. propterea sequitur: Venit Romam Quinctius, uadimonium sicut. HOMO acerimus, si cum esset homo acerimus, cum bonorum possessor, expulsor, erector, mirum est annum, & sex menses eum nihil petisse a Quinctio. id autem astute fecit, donec praetorem natus est, a quo imperaret id, quod postulabat. quod aperte infra sic exponit: Iacet res in controuersijs, isto calumniante, biennium, usque dum inueniretur, qua ratione res non usitata consuetudine recedet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. ANNVM, & sex menses si infra, Biennium, dicit, oratore amplificans. CONDICIONIBVS si non, quia condiciones proponeret, sed quia per dolum & astutiam rem extraheret. quod Latine proprie dici posset, Calumanis. nam infra de eadem re: Iacet res in controuersijs, isto calumniante, biennium. A CN. DOLABELLA si quem postea M. Scaurus repetundarum & Cilicia accusauit, & damnauit. de quo diximus lib. I. in Verrem. Ex formula, si in edictis praetorijs formulae continebantur: quatum in una praetor pollicebatur, se esse iussorum, ut, iudicatum solui satisdaret is, cuius bona ex edicto praetoris dies triginta possessa essent. possedit autem Naeuum ex Burrieni praetoris edicto bona Quinctij, non omnia quidem, Alpheno libellos deiiciente, sed aliqua, ut saltum, & agrum in Gallia, superioribus intelligitur. PRATORIS ROMANI si ut praetor peregrinus, qui ius diceret inter peregrinos, sic praetor Romanus, qui inter ciues, appellabatur. infra: Fateor, si ita est, procuratorem decreto praetoris Romani oportuisse parere. SI BONA possessa essent ex edicto, si solum Quinctium satisdare, id erat confiteri, bona eius ex edicto possessa esse. ita deserti uadimonij subibat infamiam. quod si satisdaret his uerbis, Si possessa ex edicto bona essent: possessa esse non confitebatur. ita deserti uadimonij probrum uitabat. fore autem confidebat, ut, ubi cognitum esset, possessa nec ne bona essent, uel neuter, uel uterque satisdaret. Huc illud spectat supra dictum: Id accidit praetoris iniurate & iniuria: primum, quod, contra omnium consuetudinem, iudicium prius de probro, quam de re, maluit fieri. Infra uero, Recusabant, qui aderant. tum Quinctio: demonstrabant de re iudicium fieri oportere: ut aut uterque inter se, aut neuter satisdaret: non necesse esse famam altetius in iudicium uenire. DECERNIT: si praetor Dolabella, reiecta Quinctij petitione, Naeuio gratificans: qui non sine causa annum & sex menses nihil petierat, opportunum improbitati, malitiaq. sua tempus exspectans. NIHIL dico: si patet enim ipsum per se. VNVN hoc dico, si quod omnibus fortasse non pater. NOVVM: si est aliquid iniquum, nec tamen nouum: rursus aliiquid & iniquum, & nouum: quod magis reprehendi solet: caret enim iniquitas exemplo. unde illud ad Lentulum: Eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum est: erat enim & iniqua, & noua. IVBEP. Quinctium aut satisdare, aut sponsionem cum sex. Naeuio facere, si bona sua ex edicto P. Burrieni praetoris dies triginta possessa essent. si id petebat Quinctius, sed uel cum satisdatione, uel sine sponsione. nam, si sponsionem faceret, non reus, sed actor esse uidebatur: & priore loco, tamquam actor, caussam dicere cogebatur. quod supra, infraq. Cicero conqueritur. QVI aderant tum Quinctio. si non tum aderat Cicero, sed M. Iunius in prooemo appellatus. nec tamen solum Quinctij patronum significat, sed aduocatos etiam homines Quinctij studiosos, qui ad practoris tribunal uenerant, ut reum, quacumque re possent, adiuuarent. unde infra: Aut satisdare, aut sponsionem iubet facere, & interea recusantes nostros aduocatos acerrime submoueri. DERET: si de possessione bonorum Quinctij, idest, possessa nec ne essent a Naeuio bona Quinctij ex edicto praetoris dies triginta. quod fateri Quinctius non poterat, nisi, desertum a se uadimonium, simili fateretur. nam, si possessa non essent, tunc non solus Quinctius iudicatum solui satisdaret, quod a Dolabella praetore Naeuius postulauerat, sed aut uterque inter se, aut neuter. FAMAM alterius: Quinctij: qui, si solus satisdaret, de fama & existimatione sua perclitaretur. NEVIDERETVR iudicasse, bona sua ex edicto possessa esse: si nam, ut satisdaret, postulauerat Naeuius ex formula, quod ab eo peteret, cuius ex edicto praetoris Romani bona triginta dies possessa essent. SPONSIONEM porro si utraque erat iniqua condicio, uel si solus satisdaret ex ea formula; qua confitebatur bona sua possessa esse; uel si sponsionem faceret, nulla possessorum bonorum confessione: sponsione enim facta, sequebatur, ut, quamquam reus esset, priore tamen loco caussam diceret; &, cum post eum aduersarius dixisset, facultas ipsi nulla respondendi relinqueretur. HOMINES nobiles: si nobiles uocabantur, qui claris gestis honoribus maiores habuisserent, siue patricij generis, siue plebeij essent. aequo enim utrique generi aditus patebat ad honores: nec desinebat plebeiae gentis esse, qui consul aut dictator crearetur. IN utroque excellunt, si commune ierbum, non minus in malis rebus, quam in bonis. quamquam de malis, quod sciam, exempla non exstant. NOSTRO loco natu: equestri. nam patre Cicero natus est equite Romano. ASSEQUI: si similiter excellere. nam illos in utramque partem sua nobilitas adiuuat. AVT satisdare, aut sponsionem facere, si animaduertendum non decreuisse Dolbellam, neque quod Naenius, neque quod Quinctius petebat: cum Naeuius peteret, ut praetor satisdare solum Quinctium iuberet, ex formula, quod ab eo peteret. cuius bona ex edicto praetoris dies triginta possessa essent: Quinctius autem satisdare non recusaret, sed non ex ea formula, in qua erat bonorum possessorum, idest deserti uadimonij, confessio, uerum hoc modo. Si bona sua ex edicto praetoris dies triginta possessa essent, quod infamiam deserti uadimonij remouebat.

quod

quod enim Naevius in sua petitione factum dicebat, id Quintius factum negabat, & iudicio statuum ostendebat his uestibus: Si bona sua ex edicto praetoris posseſſa eſſent. Neutrum, ut dixi, Dolabella fecit, led fecit tamen, quod Naevio gratum, Quintio permoleſtum eſſet, cum eum, aut fatidare ſolum iuſſit, aut ſponſionem facere, ideſt priore loco cauſam dicere. N O S T R O S aduocatos ipſe tum Quintio non aderat. dixit enim proxime: Recuſabant, qui aderant tum Quintio. Nostros igitur, ideſt eius parus, quam ego nunc defendeo. Aduocati dicuntur, qui reo fauent, licet eius cauſam non agant. ACERRIME ſubmoueri, 3 quod praetoris non eſt, qui ſe aequum utriq[ue] parti præbere debeat.

O R A T I O

CONTVRBATVS fane diſcedit Quintius: ne que mirum, cui haec optio tam misera, tamq. iniqua, daretur, ut aut ipſe ſe capitis dannaret, ſi ſatisfacdiſſet; aut cauſam capitis, ſi ſponſionem feciſſet, priore loco diceret. Cum in altera re cauſae nibil eſſet, quin ſecus indicaret ipſe de ſe, quod iudicium grauiſſimum eſt; in altera ſpes eſſet ad talem tam uirum iudicem ueniendi, unde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratiae; ſponſionem facere maluit, fecit; te iudicem, C. Aquilli ſumpſit, ex ſponſo egi. in hoc ſumma iudicij, cauſaq. tota confiſſit. Iudicium eſſe, C. Aquilli, non de re pecunia, ſed de fama, fortunisq. P. Quintij uides. cum maiores ita conſtituerint, ut, qui pro capite diceret, is poſteiore loco diceret: nos, inaudita criminacione accusatorum, priore loco cauſam dicere intelligis: eos porro, qui defendere conſuerunt, uides accusare, & ea ingenia conuerti ad perniciem, quae antea uerſabantur in ſalute, atque auxilio ferendo. Illud etiam reſliterat, quod beſterno die fecerunt, ut te in ius adducerent, ut nobis tempus, quamdiu diceremus, praeflitueres. quam rem facile a praetore impetrassen, niſi tu, quod eſet tuum ius, & officium, parteq[ue], docuſſes. neque nobis adhuc, praeter te, quęquam fuit, ubi noſtrum ius contra illos obtineremus: neque illis unquam ſatis fuit illud obtinere, quod probari omnib[us] poſſet: ita fine iniuria poſtentiam leuem, atque inopem eſe arbitrantur. Verum, quoniam tibi inſtat Hortenſius, ut eas in confiſſum; me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam; queritur, priore patrono cauſam defendente, numquam per rari potuſſe: non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nec illud mihi arrogabo, ne poſſe cauſam commodius demonſtrare, quam antea demonſtrata ſit: neque tamen tam multa uerba faciam: propterea quod & ab illo, qui ante dixit, informata iam cauſa eſt; & a me, qui neque excogitare, neque pronunciare multa poſſum, breuitas poſtulatur, que mihi met ipſi amicissima eſt. faciam; quod te ſape animaduerti facere, Hortenſi: totam cauſa mea deſtitionem certas in partes diuidam. tu id ſemper fac, quia ſemper potes; ego in hac cauſa faciam, propterea quod in hac uideor poſſe facere. quod tibi natu dat ut ſemper poſſis, id mihi cauſa dar ut bodie poſſim. certos mihi fines, terminosq. conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maxime uelim: ut & mihi ſit propositum, de quo dicam; & Hortenſius habeat expoſita, ad quae reſpondeat; & tu, C. Aquilli, iam ante animo proſpicere poſſis, quibus de rebus audiuſiſ. Negamus, te bona P. Quintij, Sex. Naevi, poſſediffe ex edicto praetoris. in eo ſponſo facta eſt, oſtendam, prium, cauſam non fuſſe, cur a praetore poſtulares, ut bona P. Quintij poſſideres: deinde, ex edicto te poſſidere non potuſſe: poſtemo, non poſſe diſſe.

E X P L A N A T I O

IPSE ſe capitis dannaret, 3 ipſe ſibi existimationem, & honestatem adimeret. nam, ſi ſolus ſatisfidaret, ex formula, quod eius bona dies trifta ex edicto praetoris poſſeſſa eſſent, deſertum a ſe uadimoniū conſiteretur. CAVSAM capitis 3 cauſa, in qua ageretur existimatio. cum enim ſponſionem ideo faceret, ut probaret bona ſua poſſeſſa non eſſe: ſequebatur, ut, id niſi probaret, deſertum a ſe uadimoniū negare non poſſet. PRIORE loco 3 deteriore condicione, quam ſi, reorum more, poſteiore diceret. ſupra: Quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquilli, dici, aut commemorari potest, quam me, qui caput alterius, famam, fortunasq. defendam, priore loco cauſam dicere? Intra uero Cum maiores ita conſtituerint, ut, qui pro capite diceret, is poſteiore loco cauſam dicere: nos, inaudita criminacione accusatorum, priore loco cauſam dicere intelligis. IN altera re 3 in ſatisfiendo: CAVSAM nihil eſſet, quin ſecus indicaret ipſe de ſe, 3 excuſatio afferri nulla poſſet, cur non ipſe de male iudicaret. male enim iudicaffe de ſe ipſe uideretur, ſi ſolus ſatisfidaret: quia deſertum a ſe uadimoniū fateretur. Secus autem, pro male, ſatis uſitatum. Ad Att. lib. I. Affirmat nil a ſe cuiquam de te ſecus eſſe dictum. Et ad Appium, lib. III. De tuo in me animo iniquis ſecus existimandi uideris nos nihil loci dediſſe. Sallustius in Ing. Quia tentatum antea, ſecus ceſſerat. Eodem ſenu dixit Liu. lib. II. Inuitus, quod ſequiſſit, de meis ciuibus loquor. Eſt enim, Sequiſſus, pro Seciū. Et quod de Seciū, idem de Aliter dictum intelligo. Simile enim illud lib. V II. in Verr. A me, tametsi ſatis habent, tametsi res aliter acciderit, plus habebunt forteſſe, quam poſtulant. Q VOD iudicium grauiſſimum eſt; quia enim de alieno iudicio poſſumus, de noſtro non poſſumus. AD TALEM tamen uirum iudicem uenienti, qui noſis, poſteiore loco cauſam dicentibus, ſapientia, & aequitate ſua ſubueniret. TE iudicem, C. Aquilli, ſumpſit; 3 in quo Quintius reus eſt: nam ſumendi iudicis potestas penes reum, non penes actorem,

actorem erat. quod autem priore loco caussam dicit, actor in eo, non reus, est. Ex sponso egit. 3
 venit in iudicium, ut caussam priore loco diceret, quemadmodum solent ij, qui ex sponso agunt, uel,
 ut hic arbitror legendum, Ex sponsu, idest, ex sponsione. fecerat enim iussu Dolabellae praetoris
 cum Naeui o sponsonem Quinctius, si bona sua ex edicto praetoris a Naeui possessa essent. ex ea spon-
 sione agendum erat in iudicio: quod ueteres dicebant, Ex sponsu. quod si bona Quinctij possessa esse
 constaret: nihil erat caussae, quin, id quod iam petierat a praetore, Naeui impetraret, ut sibi Quin-
 ctius iudicatum solui satisfidaret, ex formula, quod ab eo peteret, cuius bona ex edicto praetoris dies
 triginta possessa essent. Quod ad loquendi genus attinet, uerba Ser. Sulpici sunt apud Gellium lib.
 IV. cap. 4. Qui uxorem, inquit, ducurus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur eam in ma-
 trimonium ductum iri: qui datus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum, sponsio-
 numq. dicebatur Sponsalia. Tunc, quae promissa erat, Sponsa appellabatur, qui Spoponderat du-
 curum, sponsus. Sed, si post eas stipulations uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulaba-
 tur, ex sponsu agebat, iudices cognoscebant. Quae Neratium quoque scripsisse in librum de Nuptijs,
 idem Gellius affirmat. Iam Varro lib.V. de ling. Lat. Quod sponsu erat alligatus. Ibidem: Neque
 agi potest cum eo ex sponsu. Et Paulus lib. VI. D. de uerb. fig. Sponsio appellatur, non solum quae per
 sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissioq. Ea ingenia, Hortensium notat; quem
 partes accusatoris obtinere, supra dixit. QVAE antea uersabantur in salute, infra: Q. Hortensius con-
 tra caput non didicit dicere. I L V D etiam restiterat, 3 modus loquendi, iniqua, indigna, de re cum
 stomacho usurpatus: quod quidem ex obseruatione multorum exemplorum potuerim intelligere. hic
 enim spectat illud ex Phil. XI. At uero ita decernunt, ut, liberato Bruto. Id enim restabat, ut, relicto,
 deserto, prodi. Et ad Att. lib. IIX. Vnum hoc etiam restat amico nostro, ut Domitio non subue-
 niat. Ad eundem lib. XIII. Illud utique scire cupio, quem intellexeris ab eo Κλοπαῖς: nisi forte
 Brutum. id hercule restabat. Terentius in Ad. Nam hercle etiam id restat. Ennius in Ephigenia apud
 Rusenianum: Menelaus me obiurgat. Id meis rebus regimen restat. Recitat etiam ex incerto Ciceronis
 libro Priscianus haec uerba lib. IIX. Hoc restiterat etiam, ut ad te fictis aggrediceret donis. IN 1 V S 3
 ad ipsum praetorem: ut, eo iubente, praestitueres nobis tempus, quamdiu diceremus. Infra: In iis
 uocas. Et aliquanto post: Ut statim de iure aliquis cucurrerit. Est enim obseruatione dignum, iuris
 mentionem ad praetorem, non ad iudices, pertinere. nam is non iudicat, sed ius dicit, unde Iurisdi-
 ctio: iudices autem, a praetore dati, non ius dicunt, sed iudicant, ex formula praetoris, quae erat in
 edicto. QVAM rem facile a praetore impetrassent, 3 non obscure Dolabellae praetoris uel inscitiam,
 uel iniquitatem accusat: de quo etiam supra dixit: Id accedit praetoris iniquitate, & iniuria, primum,
 quod, contra omnium confuetudinem, iudicium prius de probro, quam de re, maluit fieri; deinde,
 quod ita constituit id ipsum iudicium, ut reus, antequam uerbum accusatoris audisset, caussam dicere
 cogeretur. DOCVISSES. 3 ostendisses, id ad praetorem non pertinere, partes illas esse tuas, tuumq.
 ius, & officium. POTENTIAM leuem, 3 hoc manifeste coniicitur in Hortensium, hominesq. no-
 biles, Naeui aduocatos. TIBI instat Hortensius: 3 arroganter, quasi suo quodam iure. VT EAS
 in consilium; 3 iudices, caussa utrimque perorata, in consilium ibant, ut, iudicandum quid esset, de
 communi sententia deliberaretur. tres autem, cum quibus deliberaret, habebat Aquillius in consilio,
 iurisperitos, L. Lucullum, P. Quinctilium, M. Marcellum. PRIORE patrono 3 M. Iunio. PER-
 ORARI 3 ut post perorationem res iudicaretur. Nos rem indicari nolle. 3 quasi caussae no-
 strae diffidamus. NEQUE excogitare, 3 propter inopiam ingenij. NEQUE pronunciare, 3 quia pa-
 rum exercitatus: cum in forum haud ita multo ante uenerim. BREVITAS postulatur, 3 prolixa ora-
 tio non requiritur: cum ab illo, qui ante dixit, informata iam caussa sit. QVAE mibimet ipsi amicif-
 sima est. 3 propter id, quod supra dixit: Qui neque excogitare, neque pronunciare multa possum.
Quod te supe animaduerti facere, Hortensi 3 hanc partiendi laudem Hortensio tribuit his uerbis in
 Bruto: Attulerat minime uulgare genus dicendi, duas quidem res, quas nemo alias, partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones, memor & quae essent dicta contra, quaeq. ipse dixisset.
QVIA semper potes: 3 ob ingenij praestantium. ID MIHI caussa dat, ut hodie possum. 3 modeste
 nihil sibi arrogat ab ingenio, ut in prooemio: Ita se res habet, ut ego, qui neque usu satis, & ingenio pa-
 rum possum, cum patrone disertissimo comparer. Ibidem: Quo minus ingenio possum, subudio mihi
 diligentiam comparaui. Huiusmodi autem excusationes in adolescentibus probantur, in robustioribus,
 non item. itaque in Messalla Coruino, cum alioqui floreret eloquentiae fama, illud esse reprehensum
 Tacitus ait, quod ordiri soleret in caussis ab excusatione infantiae suae. at Cicero, quod iam diximus,
 eum Quinctium defendit, annos natus erat uigintisex. IN EO sponsio facta est. 3 sponsonem fecit
 Quinctius, si possessa sua bona sint.

O R A T I O

QVAESO, C. Aquilli, uosque, qui estis in con-
 silio, ut, quid pollicitus sim, diligenter memoriae
 mandatis. etenim rem facilius totam accipietis, si haec
 memineritis; & me facile ustra existimatione reuoca-
 bis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mibi
ipse circumdedi. Nego fuisse caussam, cur postularet:
nego, ex edicto possidere potuisse: nego posse dñe. haec
tria cum docero, perorabo. Non fuit caussa, cur po-
stularet. qui hoc intelligi potest? quia Sex. Naeui ne-
que ex societatis ratione, neque priuatim quidquam de-
C buit

ORATIO

buit Quintius, quis huic rei testis est? idem, qui acer-
vimus aduersarius, in hac re, te inquam testem Nae-
ui, citabo. annum, & eo diutius post mortem C. Quin-
tij fuit in Gallia tecum simul Quintius. doce, te pe-
tuisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam.
doce, aliquando mentionem fecisse; dixisse, deberi:
debuisse, concedam. moritur C. Quintius, qui tibi, ut
ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit: be-
res eius P. Quintius in Galliam ad te ipsum uenit, in
agrum communem, eo denique, ubi non modo res erat,
sed ratio quoque omnis, & omnes litterae. quis tam
dissolutus in re familiaris fuisset, quis tam negligens,
quis tam tui. Sexte, dissimilis, qui, cum res ab eo, qui
cum contraxisset, recessisset, & ad heredem perueni-

set, non heredem, cum primum uidisset, certiorem sa-
ceret & appellaret rationem afferret & si quid in con-
trouersiam ueniret, aut intra parietes, aut summa-
ire experiretur? ita ne est? quod uiri optimi faciunt,
si qui suos propinquos, ac necessarios caros, & hone-
stos esse, atque haberi uolunt, id Sex. Naeuius non fa-
ceret & qui usque eo ferueret, ferturq. auaritia, ut de suis
commodis nolit aliquam partem amittere, ne quam
partem huic propinquo suo ullius ornamenti relinquat.
& is pecuniam, si qua deberetur, non peteret, qui,
quia, quod debitum numquam est, id datum non est,
non pecuniam modo, uerum etiam hominis propinquorum
sanguinem, uitamq. eripere conatur.

EXPLANATIO

VESTRA existimatione reuocabitis, & detrrebitis me auctoritate ueltra, ne extra hos cancellatos egre-
diar, quos mihi ipse circumdedi, recordantem, & quae proposuerim, & quid uos, nisi co ordine
persequar, existimare possitis cum de causa, tum etiam de me ipso. Non sicut causa, cur postulares, &
malim, Postularet, nam, si sermonem ad Naeuium conuerteret, non subiungeret, Quia Sex. Naeuius,
sed, Quia tibi. incipit autem Naeuium appellare paulo post, cum ait: In ha re te, te, inquam, telem,
Naeui, citabo. ANNVM, & eo diutius & supra dixit, Annū fere una sunt. Locum recitabo, quia
pertinet ad eandem sententiam. In Galliam profiscitur Quintius: ibi cum isto familiariter uiuit: atque
Gallicana, neque interea uerbum ullum interposuit Naeuius, aut societatem sibi quippam debere, aut
friuatim Quintium debuisse. Quod igitur ibi, Annū fere una sunt, hic, Annū, & eo diutius,
fuit in Gallia tecum simul Quintius. hac enim lege non adstringitur orator, ut ei non licet, si causa
postulet, aliquid tempori uel addere, uel detrahere. Eadem licentia dixit infra: Tecum anno plus ui-
xit in Gallia. OMNES litterae. & quidquid, uiuo C. Quintio, de communī negotiō scriptū fuerat.
infra: Litterae P. Quintij. CVM res ab eo recessisset & quasi actionem tribuit rei, quae sensu caret:
ut lib. I. in Verr. Si res abiret ab eo mancipe. Et lib. III. in eundem: Neres abiret ab Apronio. Quid
CVM contraxisset, & qui cum societatem fecisset. APPELLARET & uerbum creditoris: ut in ep. ad
Tironem: Appellabis etiam Papiam. SVM MO iure & litibus, in iudicio. EXPERIRETUR & iudi-
ciale uerbum. ITA NE est? Ita ne est? ita ne? ita ne uero? ita ne tandem? indignantis notae sunt,
turpis & iniquae rei narrationem aut sequentes, aut antecedentes. occurunt hacc exempla pro, Ita ne
est? Pro Rofcio Am. Ita ne est? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio conde-
minetur, necesse est: in re tanta cum is, cui fortunae uiui commendatae sunt, atque concredite, igno-
minia mortuum afficerit, is inter honestos homines, atque adeo inter uiuos nominabitur? Pro Cluen-
tio: Hoc persaepe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo, causam hanc praesidio legis defen-
dere. Ita ne est? ab amicis uidelicet imprudentes prodimur. Pro Ita ne? Terentius in Andr. Saluus sis
Crito. C. Ita ne, Chrysis? Pro Ita ne uero? Lib. I. in Verr. Ita ne uero? tu, cum quaestor ad exercitum
missus sis, custos non solum pecuniae, sed etiam consulis, particeps omnium rerum consiliorum, fu-
ris, habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat, repente relinquas? In eundem lib. III. lib.
& lib. V. Pro Ita ne tandem? Terentius in Heaut.

Ita ne tandem, quaeſo, Menedeme, ut pater

Tam in breui spatio omnem de me ciecerit animum patris?

Quod uiri optimi faciunt, & ut appellant eos, quibus deberi sibi pecuniam putant; & ut, cur appelle-
rent, rationem afferant: praesertim si cum propinquis ac necessarijs res est, quos caros & honestos esse,
atque haberi uelint. quod idem de propinquo ac necessario suo P. Quintio Naeuius sentire debuit.
NON faceret? non appellaret Quintium Naeuius, si quid ab eo sibi deberetur? non appellauit autem,
quia deberi sibi nihil sciebat. FERVET, ferturq. auaritia, & lepor est aliquis in similitudine incipientibus
uerbis, Feruet, ferturq. est etiam aliqua uis, quia translatum utrumq. est: nam translata rem ante oculos
ponunt exempli similitudine. Sic Horatius: Feruet auaritia, miseraq. cupiditas pectus. De ira, Te-
rentius in Ad. Cum feruit maxime, tam placidum, quam ouem reddo. Et lib. I. Off. Fortis animus, &
magnus, in homine non perfecto, nec sapienter feruentur plerumque est. Ferunt autem plus etiam eff.,
quam ferueret. VT DE suis commodis nolit aliquam partem amittere, & ut ita uel minimam suorū com-
modorum partem curet, ut nullam huic propinquō suo ullius ornamenti, non modo comodi, reli-
ctam partem uelit. NON peteret, & pro, Non petiſſet, donec in Gallia fuit. SANGVINEM, uitamq.
oratorie, pro famam, & honestatem: ut illud, quod statim subiicit, Quem nunc interficiere nefarie cu-
pis. Et paullo post, Ne numeretur inter uiuos. Et illud: Is non modo ex numero uiuorum exturbatur,
sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur.

ORATIO

O R A T I O

Hvic tu molestus esse uidelicet noluisti, quem nūc respirare libere non sis: quem nunc interficere nefarie cupis, cum tunc pudenter appellare nolebas. ita credo, hominem propinquum, tui obseruantem, uitrum bonum, pudenter, maiorem natu, nolebas, aut non audebas appellare. sapce, ut sit, cum ipse te confirmasset, cum statuisses de pecunia mentionem facere, cum paratus, meditatusq. uenisses, homo timidus, uirginali uerecundia, subito ipse te retinebas, excidebat re-pente oratio; cum cuperes appellare, non audebas, ne iuritus audiret. id erat profecto. credamus hoc, Sex. Naeuium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. si debuisset, Sexte, petuisse statim, si non statim, paullo quidem post, si non paullo, at aliquando, sex quidem illis mensibus profecto anno uertente sine controvèrsia, anno & sex mensibus uero, cum tibi quotidie

potes tas hominis fuisset admonendi, uerbum nullum facis: biennio iam confeccio fere, appellas. quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia, sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Naeuius? cum hominem nomino, satis mibi uideor dicere. Debuit tibi C. Quinctius: numquam petisti. mortuus est ille: res ad heredem uenit: cum eum quotidie uideres, post biennium denique appellas. dubitabitur, utrum sit probabilius, Sex. Naeuium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse, an ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus non erat? at tecum anno plus uixit. In Gallia agi non potuit? at & in provincia ius dicebatur; & Romae iudicia sibant. Restat, ut aut summa negligientia tibi obliterit, aut unica liberalitas. si negligientiam dices, mirabimur; si bonitatem, ridebimus. neque, praeterea quid possis dicere, inuenio.

E X P L A N A T I O

Hvic tu molestus esse uidelicet noluisti, § ad exhilarandos iudicium animos argute ab iracunda ratione ad sedatum ironiae genus transit. nihil enim perpetuum natura delectat. Ipsam uero ironia contrarijs exornat, ab hoc loco, Huic tu molestus uidelicet esse noluisti: ad illa uerba: Credamus hoc, Sex. Naeuium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. Qvem nunc respirare libere non sis: § ita uehementer urges. Perturbario animi summa declaratur his uerbis: ut in Parad. Quocumque adspexit, ut furiae, sic tuae tibi occurrant iniuria, quae te respirare non sinunt. PUDENTER § pudore deterritus. Cv ipse te confirmasset, § aliquandiu non ausus, animo non ferente. ANNO uertente § sequentibus uerbis, annum duodecim mensium significari, satis constat. alij decem fuisse mensium putarunt. HOMINIS admonendi § pecuniae debitae: est enim uerbum creditoris: ut in ep. ad Tironem: Dolabellae procuratores fac ut admoneantur. appellabis etiam Papiam. BIENNIO iam confeccio fere, § a quo tempore simul in Gallia esse cooperant. inde enim huius biennij initium sumo, non, ut alij, ab idibus Sept. idest a quo tempore Romam ex Gallia rediit Quinctius, ut, ex tribunorum pl. sententia, quos Alphenus, Quinctij procurator appellauerat, uadimonium sisteret. Confirmant opinionem nostram hacc inferiora: Debuit tibi C. Quinctius: numquam petisti. mortuus est ille: res ad heredem uenit: cum eum quotidie uideres, post biennium denique appellas. Eodem spectat illud supra: Quo mortuo, nec ita multo post in Galliam profisciscitur Quinctius. ibi cum isto familiariter uiuit, annum fere una sunt, cum & de societate inter se multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque inter ea uerbum ullum interposuit Naeuius, aut societatem sibi quippam debere, aut priuatim Quinctium debuisse. Qvis tam perditus, ac profusus nepos, § dicitur idem supra his uerbis: Quis tam dissolutus in re familiaris fuisset? quis tam negligens? quis tam tui, Sexte, dissimilis, qui cum res ab eo, qui cum contraxisset, recessisset, & ad heredem peruenisset, non heredem, cum primum uidisset, certiore faceret? appellaret? rationem afferret? si quid in controvèrsiam ueniret, aut intrapateres, aut summo iure exp̄iriaret? Non adesa iam, sed abundantia etiam pecunia, § multi enim, adela iam pecunia, dissoluti esse desinunt, abundantia autem non facile. quis igitur uel in summa pecunia copia tam dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Naeuius? qui biennio nihil petiit. Cv hominem somino, satis mibi uideo dicere. § nemo enim ignorat, eum in pecuniam minime dissolutum esse. IN provincia, Gallia transalpina. Ius dicebatur, § a proconsule. MIRABIMVR: § cum ad rem soleas esse attentissimus. RIDEBIMVS: § ut in mendacio manifesto.

O R A T I O

SATIS est argumenti, nihil esse debitum Naeuiu, quod tam diu nihil periuit. quid, si hoc ipsum, quod nunc facit, ostendo testimonio esse, nihil deberi? Quid enim nunc agit Sex. Naeuius? qua de re controvèrsia est? quod est hoc iudicium, in quo iam biennium uersamur? quid negotij geritur, in quo ille tot & tales viros defatigat? pecuniam petit: nunc deni-

que? uerum amen petit: audiamus. de rationibus & controvèrsijs societatis nult dijudicari, sero, uerum aliquando tamen: concedamus. Non, inquit, id ago, C. Aquilli, neque in eo nunc labore: pecunia mea tot annos utitur P. Quinctius: utatur sane, non peto. Quid igitur pugnas? an, quod saepe multis in locis dixisti, ne in ciuitate sit? ne locum suum quem adhuc

C 2 hone-

honestissime defendit, obtineat ne numeretur inter uiuos, decernat de vita, & ornamentis suis omnibus? apud indicem caussam priore loco dicat? & eam cum perorarit, tum denique uocem accusatoris audiatur? Quid? hoc quo pertinet? ut oculus ad tuum peruenias? at, si id uelles, iam pridem auctum esse poterat. ut honestiore iudicio conflictere? at sine summo scelere P. Quintium, propinquum tuum, iugulare non potes. ut facilius indicium sit? at neque C. Aquili-

lius de capite alterius libenter iudicat; & Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. Quid a nobis autem, C. Aquilli, refertur? pecuniam petit: nemamus deberi. iudicium fiat statim: non recusamus. numquid praeterea? si ueretur, ut res, iudicio facta, parata sit; indicatum solui satis accipiat: quibus me uerbis satis accipiet, iisdem ipse, quod peto, satisficer.

EXPLANATIO

IN quo iam biennium uersamur? loquitur ex persona Q. Quintij, non sua: nam ipse paullo ante caussam eam suscepserat. Et ex eadem persona dixit supra: Dat iste amicum M. Trebellium, nos communem necessarium, propinquum nostrum, Sex. Alphenum. TOT, 3 quattuor, Aquillium, Lucilium, Quintilium, Marcellum. TALES, 3 tali uirtute. NUNC denique? 3 post biennium. VERUMTAMEN peti concedamus, ut post biennium deniq. petat, nec obijciamus illi moram temporis. NE IN ciuitate sit? amissa existimatione, quod explanatur sequentibus verbis. NE locum suum? ne, quo adhuc loco fui, eo sit in posterum: id est, ne partem honestatis ullam teneat. NE numero? inter uiuos? amplificatione, de quo supra diximus. HOC quo pertinet? 3 cum hoc facis, quid spectas? IAMPRIDE 3 actum esse poterat, 3 biennio ante, si petiesset. HONESTIORE iudicio? 3 pro tua parte: cum Hortensius pro te honestiore loco dicat: quod honestius est, quam priore. CONFLICTER? 3 contendas, sic ad Partum: Noli pati fratres turpibus iudiciis conflictari. VR facilius indicium sit? 3 ut iudicij facilior quasi uia sit, & id, quod agis, ad exitum facilius perducatur. CONTRA caput non didicis dicere, 3 supra: Ea ingenia conuersti in perniciem, quae antea uersabantur in salute, atque auxilio ferendo. REFERTVR? 3 assertur contra, sic pro Caecina: Ego enim tibi reffero. PARATA sit? a Quinto.

ORATIO

ACTVM iam potest esse, C. Aquilli: iam tu potes discedere liberatus molestia prope dicam non minore, quam Quintius. Quid agimus, Hortensi? quid de hac condicione dicimus? possumus aliquando, depositis armis, sine periculo fortunarum, de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram persequi, ut hominis propinqui caput incolumem esse patiamur? possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? Inimo, inquit, abs te satis accipiam; ego autem tibi non satisdabo. Quis tandem nobis ista iura tam aqua describit? quis hoc statuit, quod aequum sit in Quintium, id iniquum esse in Naevium? Quinti bona, inquit, ex edicto practoris possessa sunt. Ergo, id ut confitear, postulas: ut, quod numquam factum esse iudicio defendimus, id, perinde quasi factum sit, nostro iudicio confirmemus. Inueniri ratio, C. Aquilli, non potest, ut ad suum quisque quamprimum sine cuiusquam dedecore, infamia, pernicieq. perueniat? procello, si quid debetur, peteret; non omnia iudicia fieri mallet, quam unum illud, unde haec omnia nascuntur. Qui inter tot annos ne appellari quidem Quintium, cum potest esset agendi quotidie; qui, quo tempore primum male agere coepit, in uadimonis differendis tempus

omne consumperit; qui, postea, quam uadimonium missum fecerit, hunc perinsidias in de agro communis diecerit; qui, cum de re agendi, nullo recusante, potestas fuisset, sponsonem de probro facere malum; qui, cum reuocetur ad id iudicium, unde haec nata sunt omnia, condicione aequissimam repudiat; fateatur, se non pecuniam, sed uitam, & sanguinem petere: is non hoc palam dicit: mihi si quid debetur, peterem, atque adeo iam pridem absolusem: nihil hoc tanto negotio, nihil tam inuidioso iudicio, nihil tam copiosa aduocatione uiter, si pendum esset: extorquendum est iniusto, atque ingratum, quod non debet; eripiendam, atque exprimendum est: de fortunis omnibus P. Quintius deturbandum est: potentes, diserti, nobiles omnes aduocandi sunt adhibenda uis est ueritati: minae iactentur: pericula intendantur: formidines opponantur, ut his rebus aliquando uetus, & perterritus ipse cedat. quae maleficent omnia, cum, quae contra pugnant, video, & cum illum confessum considero, adesse, aequo imparere uidentur, neque uitari illo modo posse: cum autem ad te, C. Aquilli, oculos, animaque, retuli: quae maiore conatu, studioq. aguntur, eo leniora, infinitioraq. existimbo.

EXPLANATIO

MOlestia, 3 quia, de capite alterius iudicare, tibi permolestum est. POSSVMVS ita rem nostra si di- stram persequi? acute in Naevium, pro, potest ita rem suam persequi Naevium, ut hominis propinquum caput incolumem esse patiatur? POSSVMVS petitoris personam capere, accusatoris deponere? 3 in Hortensium: de quo supra: Cum Q. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra ma-

In Orationem pro P. Quinctio.

21

fit dicturus. **V**NVM illud, & de re pecuniaria. **V**NDE haec omnia nascuntur. & nam pecuniae causa, quam sibi Naeuius a Quinctio deberi assertat, ideo suscitauit haec iudicia, in quibus non pecuniam, sed uitam, & sanguinem petit. infra: Quod omnia iudicia difficultissima cum sua summa inuidia maximoq. periculo P. Quinctij fieri mallet, quam illud pecuniarium iudicium, quod uno die transigi posset, ex quo uno haec omnia nata, & profecta esse concedit. **I**NTER tot annos & oratorie, cum de bienio loquatur, Inter tot annos dicit. **A**GENDI & in iudicio: ut supra: Agi non potuit? at & in prouincia ius dicebatur: & Romae iudicia siebant. **Q**UOTIDIE: & uel in Gallia, uel Romae. **M**ALE age-
re: agendo id petere, quod ei non debebatur. Male autem agere non solum is dicebatur, qui petebat
id, quod ei non deberetur, sed is etiam, qui, quod deberet, non solueret, & creditorem malitiose fal-
lere. primum hic pater: alterum infra demonstratur his uerbis: Qui permulta male agendi cauila frau-
dandi fecerunt. **P**OSTEA quoque si sic legatur, dissoluta mihi sententia uidetur: eadem colligi, si
pro Postea quoque, reponatur, Postea quam. **M**ISSVM fecerit, & Naeuij uerba sunt haec, supra re-
citata: Se iam neque uadari amplius, neque uadimonium promittere. **P**ER insidias & supra: Obs-
ceto, C. Aquilli, nosq. qui adeftis in consilio, ut diligenter attendatis; ut singulare genus fraudis, & nou-
uam rationem insidiarum cognoscere possitis. **D**E AGRO communi deiecerit; & de saltu, agroq. com-
muni, supra: Haec dum Romae geruntur, Quinctius interea, contra ius & consuetudinem, edicto
praetoris de saltu, agroq. communi a seruis communibus ui detruxit. **D**E RE & de pecunia, quam si-
bi deberi diceret. **A**GENDI & in eo iudicio, quod fieri de pecunia solet. **D**E PROBRO & de posses-
sionis Quinctij bonis, supra. Id accedit praetoris iniuritate, & iniuria: primum, quod contra omnium
consuetudinem iudicium prius de probro, quam de re, maluit fieri. Cum renocetur ad id iudicium, &
ad iudicium pecuniarium. supra: Pecuniam petit: negamus deberi. iudicium fiat statim: non recusa-
mus. si ueretur, ut res, iudicio facta, parata sit: iudicatum solui, satis accipiat: quibus a me uerbis
satis accipiet, ijsdem ipse, quod peto, satisdet. **T**AM copiosa aduocatione & tot aduocatis. Mire in
hac parte, quae faceret Naeuius, cum quoque confidentem inducit. **I**LLVM confessum & aduocatorum,
EXISTIMO. & tua fretus acquitate.

ORATIO

NICHL. igitur debuit, ut tu ipse praedicas. **Q**uid, si debuisset & continuo ne caussa fuisse, cur a praetore postulares, ut bona possideres? non opinor id quidem nego ins esse, neque ciuquam expedire. **Q**uid igitur demonstrat & uadimonium sibi ait esse desertum. ante quam doceo id factum non esse, libet mibi, C. Aquilli, ex officij ratione, atque ex omnium consuetudine, rem ipsam, & factum simul Sex. Naeuij considerare. Ad uadimonium non uenerat, ut ait, qui cum tibi affinitas, societas, omnes denique caussae, & necessitudines ueteres intercedebant: illico ne ad praetorem ire conuenit & continuo ne uerum fuit postulare, ut ex edicto bona possidere licret & ad haec extrema, & inimicissima iura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum, quod grauius, atque crudelius facere posse, referuares? nam, quid homini potest turpis, quid uero miserius, aut acerbius usu uenire? quod tantum euenerit dedecus? quae tanta calamitas inueniri potest? pecuniam si cuiquam fortuna ademit, aut si alicuius erit pia iniuria, tamen, dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. at non nemo aut ignomina effectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem suis uitit, alterius opes, id quod miserrimum est, non expectat; hoc tamen in miserijs adiumento, & solatio subleuat. cuius uero bona uenierunt; cuius non modo illae amplissimae fortunae, sed etiam uictus, uestitusq. necessarius sub praecone cum dedecore subiectus est; is non modo ex numero uiuorum exturbatur, sed, si

fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. etenim mors honesta saepe uitam quoque turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit. ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama, & existimatio cum bonis simul possidente: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite, obscureq. conceditur. cui magistris sicut, & domini constituentur, qui, qua lege, & qua condicione pereat, pronuncient; de quo homine praetoris uox praedicit, & pretium conficit; huic acerbissimum uiuo, uidentique funus dicitur: si funus id habendum sit, quo non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias uitiae lacerandas, & distractandas. itaque maiores nostri raro id accidere uoluerunt; praetores, ut considerate fieret, comparauerunt. uiri boni, cum palam fraudantur, cum experiundi potestas non est, timide tamen & pederentim illuc descendunt, ut ac necessitate coacti, inuiti, multis uadimonij desertis, saepe illisi, ac desituti. considerant enim, quid & quantum sit, alterius bona proscribere. iugulare ciuem ne iure quidem quisquam bonus uult: maxuit enim com memorare, se, cum posset perdere, pepercisse, quam, cum parcere potuerit, perdidisse. haec in homines alienissimos, denique in inimicissimos uiri boni faciunt & hominum existimationis, & communis humanitatis caussa; ut, cum ipsis nihil alteri scientes incommodarint,

EXPLANATIO

VT TUT ipse praedicas. & non id quidem praedicabat Naeuius, sed sibi potius pecuniam a Quinctio deberi: cum tamen reuocari noller ad iudicium pecuniarium; & condicionem aequissimam satis accipiendi, & satisfandi repudiaret; fateri, & praedicare uidebatur, sibi nihil Quinctium debere.

APRAB-



A P R A E T O R E § a Burrieno nam a Dolabella non petijt, ut bona possideret, sed ut Quintius indicatum solui satisficeret; quod ab eo peteret, cuius ex edicto praetoris Romani bona dies triginta possessa essent. N E Q U E c i u q u a m e x p e d i r e . § ut in eiusmodi re statim a praetore is, qui sibi pecuniam debet dicit, postuler, ut eius bona possideat. Ex offici ratione § pro officio meo. Ex o m n i u m c o n s u e t u d i n e ; patronorum, an creditorum? nam de utrisque posse video intelligi. Q V I C V M t i b i a f f i n i t a , s o c i e t a s , o m n e s d e n i q u e c a u s s a e , & n e c e s s i t u d i n e u c e t e r e s i n t e r c o d e b a n t : § eadem sententia supra his uerbis explicata: Ius sit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas, liberis ius uius, diuelli nullo modo poterat. Omnes causiae, ualeat, omnia, quae mouere debent. V E R V M f u i t ; aequum. Q V I D u i r o m i s e r i u s ? § distinguunt ab homine uirum. homini nihil turpius, uiro nihil miseriusr. turpe quidem est omnibus existimationem amittere: ei uero, qui sit inter homines uir, id est magno & excelsi animo praeditus, miserrimum, & acerbissimum est. Antea legebatur, Quid uero miserius. nos, ut quasi languentem sententiam excitaremus, Viro, putauimus esse reponendum. I G N O M I N I A a f f e c t u s , § a censoribus notatus. I V D I C I O turpi conuictus, § furti, tutelae, pro socio. B o n i s q u i d e m s u i s u t i t u r , § amilit honestatem, sed bona sua retinet, habet unde uiuat. Duo proposuit exempla, unum eius, qui rem amittit, incolam existimatione: de quo dicit, Facile consolatur honestas egestatem: alterum eius, qui honestatem amittit, salua re domestica: de quo subiicit, Hoc tamen in miserijs adiumento & solatio subleuatur. at Quintio non ita admuntur bona, ut integra sit existimatio: nec ita eripitur honestas, ut bona relinquantur: sed uictus, uestitusq. necessarius cum dedecore & probro sub praecone subiicitur. C v i v s b o n a u e n i e r u n t , § pro, si Quintij bona uenibunt. non enim uenierant, sed id pugnabat Naeuius, ut uenirent. C v i v s d e d e c o r e § cum deserti uadimonij probro. S u b i e c t u s e s t , § designat calamitatem Quintij, & ait, Subiectus est, pro, si subiicitur. I N F R A etiam mortuos amandatur. § quia non ei conceditur, ut possit honeste mori. non ei tantum uita, sed simul honeste moriendi potestas eripitur. ergo, si fieri potest, ut grauius morte aliquid sit, id quoque ei contingit. Eodem uerbo usus est in Catil. IV. Non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris, uinculiso, mandare. Pro Sulla: Mandare in ultimas terras. M o r s h o n e s t a § pugnantia uidetur loqui. nam, si mors honesta uitam etiam turpem potest exornare; sequitur necessario, ut uita turpis honesta morte possit exornari. at hoc negant illa uerba: Vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit. uerum hoc quidquid est difficultatis, plane tollitur, si, Saepe, quod est in priore membro, ad posterius quoque referatur, hoc modo: Saepe accidit, ut honesta mors turpem quoque uitam exornet: saepe item, uiru- ta turpis exornari honesta morte non possit. Quintius autem iniuria Naeuij eo redigitur, nt ne mori quidem honeste possit. deserti enim uadimonij fama adimit facultatem honestae mortis: sicut saepe contra contigit, ut, qui honeste moritur, anteactae uitae fordes eluat, at tollat. C v i v s b o n a e x e d i c t o p e s s i d e n t u r , § non quod factum sit, (bona enim ex edicto possessa negat: neque aliud agitur in hac causa) sed quod factum esse Naeuius aiebat, id exempli causa ponit. L I B E L L I c e l e b e r r i m i s i n l o c i p r o p o n u n t u r , § quod fieri solebat in proscriptione bonorum: & id Naeuius cum fecisset, impetrata a Burrieno praetore bonorum Quintij possessione, libellos Alphenus deicet. H u i c n e p e r i r e q u i d e m c e r t e t a c i t e , o b s c u r e q. c o n c e d i t u r : § Certe, non abundant, ut creditur a nonnullis. id perspicuum fieri, si, ordine paulisper mutato, dicas: Huic certe ne perire quidem tacite, obscureq. conceditur. M A G I S T R I , § qui uenitioni bonorum praeiunt. ep. I. ad Att. lib. I. & alibi. D O M I N I § auget: magistros enim aethiuc significat. Q u a le g e , & q u a c o n d i c i o n e p e r e a t , § quo modo uendantur eius bona. P R E T I U M c o n f i c t ; pro, pretium publice dicit. nam ipse pretium proscriptorum bonorum non conficiebat, sed ab aliis confessum palam recitabat. V i v o , u i d e n t i q. f u n u s d u c i t u r : § transiit in adagium: ut in ea pro Sextio, & apud Terentium. &, quoniam hoc non solet eueniire, ideo Quintius, eueniire cui uidetur, infra mortuos mandari paullo ante ad misericordiam commouendam dictus est. nam hoc totum, ab colloco, Ergo hercule, subiicitur ad confirmandum, quod proxime antecedit. A d r e l i q u i a s u i t a e § ad bona Quintij, tamquam uitae reliquias, quas in humano corpore lacerant, discerpuntq. carnifices. R A R O id accidere § quod iniuria Naeuij nunc accipit, ut ablesatis Quintij bona prosciberentur. C o m p a r a v e r v n t . § nam in edictis ita scribunt: ne cuius possideantur bona, nisi qui fraudationis causa latitarit, aut heres cui non exster, aut qui exsiliij causa solum uerterit: ut infra. D E N I Q U E i n i m i c i s s i m o s § uidetur addendum, In: & ad uim aliquid accedit: hoc modo, Denique in inimicissimos. Quod si haec in homines alienissimos, denique in inimicissimos uiri boni faciant: cur non eadem in Quintium Naeuius, non alienissimum, sed propinquum; non inimicissimum, sed tocius fecit? H O M I N V M e x i s t i m a t i o n i s , § ne cui bonam famam eripiant.

O R A T I O

AD uadimonium non uenit: quis? propinquus, si res ista grauiissima sua sponte uideretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine leuaretur. Ad uadimonium non uenit: quis? socius. etiam grauius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut uoluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset. Ad uadimodium

non uenit: quis? is, qui tibi praesto semper fuit. ergo in eum, qui semel hoc commisit, ut tibi praesto non faset, omnia tela conieciisti, quae parata sunt in eos, qui permulta male agendi causa fraudandiq. fecerint, si de praedijs suis ageretur, Sex. Naeui, si in paruila re-lationis aliquid uererere, non statim ad C. Aquillium, aut

ut ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurredisse? cum ius amicitiae, societatis, affinitatis ageretur; cum offici rationem, atque existimationis duci conueniret; eo tempore tu non modo C. Aquillium, aut L. Lucullum, sed ne ipse quidem te consulisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti: ne haec quidem tecum locutus es: Horae duae fuerunt: Quinctius ad uadimonium non uenit: quid ago? si mehercule haec tecum duo uerba fesses, Quid ago? respicasset cupiditas, atque auaritia paullulum: aliquid loci rationi, & consilio dedisse: tu te collegisse: non in eam turpidinem uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros confitendum, qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse, hominis propinqui fortunas funditus euertere. Ego pro te nunc hoc consulo, post tempus, in aliena re, quod tu in tua re, cum tempus erat, consulere obliuies. Quero abs te, C. Aquilli, L. Luculle, P. Quinctili, M. Marcelle, uadimonium mihi non obiit quidam socius, & affinis meus, quicum mihi necesse fuit aetus, controversia de pecunaria recens intercedit: postulo ne a praetore, ut eius bona mihi possidere liceat; an, cum Romae domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denunciem: quid est, quod hac tandem de re nobis possit uideri? profecto, si recte uestram bonitatem, atque prudentiam cognoui, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri. primum, expectare; deinde, si latitare, ac diutius ludificare uideatur, amicos conuenire; quaerere, quis procurator sit, domum denunciare. dici uix potest, quam multa sint, quae respon-

deatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam necessariam deuenire. Quid ad hanc Naevium? ridet scilicet nostram amentiam, qui in uita sua ratione summi offici desideremus, & instituta bonorum uiorum requiramus. quid mihi, inquit, cum ista summa sanctorum, ac diligentia: uiderint ista officia uiri boni, de me autem ita considerent: non quid habeam, sed quibus rebus inuenierim, quaerant, & quemadmodum natus, & quo patre educatus sim. memini: uerus est de scurra, multo facilius diuitem, quam patremfamilias fieri posse. haec ille si uerbis non audet, re quidem uera palam loquitur. etenim, si uult uiorum bonorum instituto uiuere, multa oportet discat, atque de discat: quorum illi actati utrumque difficile est. Non dubitau, inquit, cum uadimonium desertum esset, bona prescribere. improbe: uerum, quoniam tu id tibi arrogas, & concedi postulas, concedamus. quid, si nunquam deseruit? si ista causa abs te tota per summam fraudem, & malitiam facta est? si uadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit, quo te nomine appellemus? improbum? at, etiam si desertum uadimonium esset, tamen in ista postulatione, & proscriptione bonorum improbissimus reperiebare. num malitiosum? negas. fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi, & praetatum putas. cunctacem? cupidum? perfidiosum? uulgaria, & obsoleta sunt; res autem noua, & inaudita. quid ergo est? ueor mehercule, ne aut grauioribus utar uerbis, quam natura fert; aut lenioribus, quam causa postulat.

EXPLANATIO

RES ista uadimonij desertio. **M A L E** agendi & iniuste, & malitiose litigandi. idem supra loquendi modus: Quo tempore ptimum male agere coepit. **S I D E** praedijs tuis ageretur & quorum hic de praedijs docti uiri, a quibus non dissidentio, legendum ex antiquis libris existimarunt, Si dupondius unus, aut, quod malim, Si dupondius tuus. qui minimus nummus erat, ualore duorum assuum. Maior autem, ut mihi uidetur, Naevij esset ignominia, si legeretur, De pretijs tuis: cum scilicet uocem tuam uendebas. qua m opinionem confirmat illud supra: Vocem in quaestum contulit. Et infra: Cuius uox praeconio quaestu prostitit. **L. L U C U L L U M** & iuris peritum. quamquam, L. Lucilium, legerim libertius: qui iurisconsultus clarus aetate sua fuit, docuitq. Ser. Sulpicium, ut ait Cicero in Bruto. nam L. Lucullum, qui postea de Mithridate, & Tigrane triumphavit, iurisconsultum fuisse, nusquam legi. **H O R A E** duae fuerunt: & inuidiose in Naevium. qui cum queri posset, desertum a Quinctio uadimonium, ab eo die, quo ille, profectus in Galliam, Roma egredius est ante diem IV. Kal. Febr. quod non nisi quatriduo post ex Publicio, qui ad uada Volaterrana Quinctio occurrerat: quatriduum tamen illud (nam spatij minus esse non potuit) Cicero contrahit in horas duas, atque adeo uix in unam horam: infert enim paullo post: Non in eam turpidinem uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros confitendum, qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse, hominis propinqui fortunas funditus euertere. **R E S P I R A S S E T** cupiditas, & remississe paullulum de cupiditate: non statim ad Burrienum praetorem uenisses. **O B L I T V S** es: & quasi per locum eum exagit: uitiumq. uoluntatis, memoriae uitium facit. **M. M A R C E L L E**: & is est, quem iuris magis, quam eloquentiae, studiosum fuisse, Pedianus in Diuin. auctor est. **L A T I T A R E**, & quod uerbum erat in edicta: ut infra. **A D H A N C** rationem & ad petendum a praetore, ut bona possidere liceat. **E X T R E M A** & quae tibi extrema, non prima, esse debet. **N E C E S S A R I A** & ad quam non nisi necessario deueniendum fuit. **R A T I O N E M** summi officij & quam numquam in uira uir. **Q U I B V S** rebus inuenerim, & bonis artibus partae diuinitiae laudantur, & probitatis opinionem affuerunt. at Naevius, ne, quia diues, ideo putaretur bonus uir, fatetur se malis artibus ad diuinitias peruenisse. Est autem oratoriae calliditatis, tribuere sermonem aduersarijs contra se ipsos. ut in Diuin. Hortensium inducit ita loquentem: Non illud peto, quod soleo, cum vehementius contendit, impetrare: reus ut absoluatur, non peto: sed, ut ab hoc potius, quam ab illo, accusetur, id peto. **M V L T O** faciliter diuitem, quam patremfamilias, fieri posse & scurrae multo facilius esse, quam patrifamilias, diuitem fieri. turpiter enim, ut scurra, paterfamilias rem facere, non uult. scurrae personam Naevio supra quoque impo- suit Cicero, dicens: Neque parum facetus scurra Sex. Naevius, neque inhumanus praeco est umquam existi-

existimatus. **Q**uoniam tu id tibi arrogas, & ut, deserto uadimonio, bona proscribere debueris,
Quo te nomine appellemus? & artificiose, ut facinus augeat, ambigit de nomine. quo de genere di-
muis initio lib. IV. ETIAM SI desertum uadimonium effet, & cum uero desertum non sit, improbum te
appellemus, non satis est: exprimi tuam culpam oportet grauiore nomine. IMPROBISSIMVS reperi-
bare. & in proscribendis eius bonis, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique caussae, & necessi-
tudines veteres intercedebant: cum fieri a te plurima oporteret, antequam ad hanc rationem necessariam
deuenires. NEGAS. & quasi leui malitia peccatum indicet; cum tuo nihil sit grauius, RES autem;
te commissa. **Q**uam natura fert, & quia uix in hominem conuenire videantur.

ORATIO

A Is esse uadimonium desertum. Quae sinit a te statim, ut Romam rediit, Quintius, quo die ua-
dimonium istuc factum esse dices. respondisti statim, nonis Febr. discedens in memoriam rediit Quintius,
quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemericidem reuertitur: inuenitur dies profectionis, pridie Kal. Fe-
bruarij. nonis Febr. si Romae fuit, caussae nihil dicimus, quin tibi uadimonium promiserit. quid? hoc inue-
xiri qui potest? profectus una L. Albius, homo in pri-
mis honestus: dicet testimonium. profecti sunt familiares & Albij, & Quintij: dicent bi quoque testimoni-
um. litterae P. Quintij, testes tot, quibus omnibus
caussa iustissima est cur seire potuerint, nulla cur men-
tiantur, cum ad stipulatore tuo comparabuntur. Et in
hoc eiusmodi caussa P. Quintius laborabit? & diu-
nius in tanto metu miser, periculoq. uersabitur? &
uebementius eum gratia aduersarij perterrebit, quam
fides iudicis consolabitur? uixit enim semper in culce,
atque horride: natura tristi, ac recondita fuit: non ad
solarium, non in campo, non in conuiujs uersatus est:
id egit, ut amicos obseruantia, rem parcimonia reti-
neret: antiquam officij rationem dilexit, cuius splen-
dor omnis his moribus obsoleuit. at, si in caussa pari di-
scedere inferior uideretur, tamen effet non mediocriter
conquerendum: nunc in caussa superiore, ne ut par qui-
dem sit, postulat: inferiorem esse patitur, dum taxat us-
que eo, ne cum bonis, fama, fortunisq. omnibus Sex.
Naeui cupiditat, crudelitatiq. deditur. Docui, quod
primum pollicitus sum, C. Aquilli, caussam omnino,
cur postularet, non fuisse; quod neque pecunia debeba-
tur, &, si maxime deberetur, commissum nihil esse,
quare ad istam rationem perueniretur. attende nunc,
ex editio praetoris bona P. Quintij possideri nullo mo-
do potuisse. recita editum. **QVI. FRAUDATIO-**
NIS. CAUSSA. LATITARIT. non est is Quintius: nisi latitant, qui ad negotium suum, relitto
procuratore, profiscuntur. **CVI. HERES. NON.**
EXSTABIT. ne is quidem. **QVI. EXSILII. CAUSSA.** SOLVM. VERTERIT. qui. absent. non
fuerit. defensus. * quo tempore existimas oportuisse, Naeui, absentem
Quintium defendi? aut quo modo? tum, cum postu-
labas, ut bona possideres? nemo affit: neque enim
quisquam diuinare poterat te postulaturum: neq. quem-
quam attinebat id recusare, quod praetor fieri, sed non
fieri ex edito suo iubebat, qui locus igitur absentis de-
fendendi procuratori primus datus est? cum proscripti-
bas. ergo affit, non passus est, libellos deiecit Sex.
Alphenus: qui primus erat officij gradus, seruatus
a procuratore summa cum diligentia, nideamus, que
deinde sint consecuta. Hominem P. Quintij deprehen-
dis in publico, conaris abducere: non patitur Alphe-
nus, ui tibi admit, curat ut domum reducatur ad Qui-
tium, hic quoque summe constat procuratoris diligen-
tis officium. Debere tibi dicas Quintium: procurator
negat, uadari uis: promittit. in ius vocas: sequitur
iudicium postulas: non recusat. Quid aliud sit absen-
tem defendi, ego non intelligo. At quis erat procura-
tor? credo aliquem electum hominem, euentem, litigio-
sum, improbum, qui posset securae diuinitatis quotidiana-
num conuicium sustinere: nihil minus. eques R. locu-
ples, sui negotii bene gerens, denique is, quem, quo-
ties Naeui in Galliam proiectus est, procuratorem
Romae reliquit. & audes, Sex. Naeui, negare absen-
tem defensum esse Quintium, cum eum defendet id,
qui solebat? & cum is iudicium acciperet pro Qui-
ntio, cui tu er rem, & famam tuam commendare pro-
ficiens, & concedere solebas, conaris hoc dicere, ne
minem existisse, qui Quintium iudicio defendet?
Postulabam, inquit, ut satisfaret: iniuria postulabas.
ita iubebare, recusabat Alphenus. ita: uerum praetor
decernebat. tribuni igitur appellabantur. Hic te
inquit, teneo: non est istud, iudicium pati, neque iudicio
defendere, cum auxilium a tribunis petas. Hoc ego,
cum attendo qua prudentia sit Hortensus, dictum est
se eum non arbitror: cum autem ante dixisse audio, &
caussam ipsam considero, quid aliud dicere posse, non
reperio. factetur enim libellos Alphenum deieciisse, ua-
dimonium promisisse; iudicium quin acciperet in ea ip-
sa uerba, quae Naeui edebat, non recusasse, ita-
men, more & instituto per eum magistratum, qui auxili-
culy caussa constitutus est, aut haec facta non sint, ne-
cessa est; aut C. Aquilius, talis uir, iuratus, hoc ins-
in ciuitate constitutus; cuius procurator non omnia iu-
dicia accepit, quae quisque in uerba postularit; cu-
ius procurator a praetore tribunos appellare ausus
est; cum non defendi; eius bona recte possideri
posse; ei misero, absenti, ignaro omnia fortuna-
rum suarum, omnia uitae ornamenta per summum de-
decus, & ignominiam diripi conuenire. quod si probari
nemini potest; illud certe probari omnibus necesse est,
defensum esse iudicio absentem Quintium. quod cum
ita est, ex edito bona possessa non sunt.

EXPLA

EXPLANATIO

PR. KAL. FEBR. dixi iam , aut supra legendum , Pr. Kal. Febr. aut hic , I V. Kal. Febr. LITTERAE
 PR. QUINTIONIS ephemeris , a Quintio scripta . Cvm adspiculatore tuo ; cum eo , qui tuam calumniam
 suo testimonio confirmat . VIXIT enim semper inculte , atque horride ; quia non de colligenda gratia labo-
 ravit , ut Naeuius . NON ad solarium ; locus in superiore domo , Soli patens . Augusti iocus est apud
 Macrobius . Cum de Tyiae purpurac , quam emi iusserat , obscuritate quereretur : dicente uendito-
 re , Erige a Itius , & suspice : Quid ergo ? inquit . ut me populus Romanus dicat bene cultum , in sola-
 riorum ambulaturus sum ? Fuit & Solarium horologium , anno urbis C D L X X V I I . in publico , secun-
 dum Rostra , in columna constitutum : quo cum uti non licet nisi sereno die , Nasica censor aqua di-
 visit horas dierum & noctium . IN campo ; Martio , ludendi gratia , ut reliqua iuuentus . De Orat.lib.II.
 Ut illud in Titium , qui cum studiose pilae luderet , & idem ligna sacra noctu frangere putaretur , grega-
 lesq. cur in campum non uenisset , requirent , excusauit Vefpa Terentius , quod eum brachium fregisse
 diceret . IN coniuicj ; in luxu , & sumptibus . OBSOLEVIT . obscuratus est , euauit , ut in pictu-
 ra , aut in ueste proper uetusatem . DISCEDERE ; exitus rei ostenditur hoc uerbo . non enim est hic ,
 discedere , pro , abire , sed eo sensu , quo dictum est ad Att.lib.I I . Si possum discedere , ne causâ optima
 in senatu pereat . NON mediocriter conquerendum ; quia neminem in causa pari aequum est inferiorem
 esse par causa si est , paria quoque reliqua sint . NUNC ; pro . Sed , Graeco more : ut pro Archia : Nunc
 insidet quaedam in optimo quoque uirtus , quae noctes & dies animum gloriae stimulis concitat .
 DEDATVR ; accommodatum uerbum cupiditati , crudelitatiq. Naeuij . quasi dicat , tradatur inimico ,
 bonis , fama , fortunis omnibus euertendus : ut pro Roscio Am . Non recusamus , quin illorum libidini
 Sex. Roscij uita datur . AD istam rationem ; ad postulationem , & proscriptionem honorum ; qui in sit-
 pra , Rationem extremam necessariam , uocauit . AD negotium suum proficiscuntur . ut prefectus est
 Quintius in Galliam , relicto Alpheno procuratore . NE is quidem . ; cui supra liberos esse dixit ,
 SOLVM uerterit . mutulus locus . deest enim , quod ad haec edicti uerba Cicero respondeat . Neque
 uero Ciceronis tantum uerba desiderantur , sed , ut arbitror , etiam edicti . cuin enim subiiciatur : Quo
 tempore existimas oportuisse , Naeuij , absentem Quintium defendi : necesse omnino uidetur , praeire
 edicti uerba , quibus haec respondeant . apte autem congruerent in edicto : Qui absens iudicio non sit
 defensus . Quod eo magis arbitror , quia uidetur edicti uerba iterare , cum ait infra : Quis est , qui fra-
 udationis causa latuisse dicat ? quis , qui absentem defensum neget esse Quintium ? Et alio loco : Eum
 ipsum , qui fraudandi causa latitet , eum ipsum , quem iudicio nemo defendat ; eum ipsum , qui cum om-
 nibus creditoribus suis male agat , inuitum de praedio detрудi uerat . Et aliquanto post : Ex edicto au-
 tem non potuisse bona possideri , demonstrauit : quod neque fraudandi causa latitasset , neque exsilijs cau-
 sa solum uertisse diceretur . Reliquum est , ut eum nemo iudicio defendenter . quod contra copiosissime
 defensum esse contendit . CVM postulabas ; a Burrieno praetore . NEQUE quemquam attinebat id recu-
 sare ; cui enim quisquam recusaret , quod praetor non ex arbitrio suo , sed ex edicto fieri iubebat ?
 NON fieri ; sic ueteres libri : & maior uis est , quam si legatur , ut antea , Non modo fieri . HOMINEM
 P. Quintij ; seruulum : de quo supra . IN IVS vocas ; ad praetorem . Eodemq. sensu dixit iam ,
 Vt te in ius adducerent . IUDICIVM postulas ; ut praetor iudicem , iudicijq. formulam det . SCVR-
 RAE duitis ; Naeuij . EQUES Romanus ; equestris dignitas post senatoriam proxima , & equester or-
 do seminarium senatus fuit . inde enim censores in legendu senatu sumebant , quos inter ceteros prohibi-
 tate , opibus , ingenio excellere arbitrabantur . & , ut eques Romanus esse nemo poterat , qui C D millia
 H-S , idest , scutatorum xii . millia non possideret : unde Horatius : Si quadringentis sex septem millia
 defunt , Plebs eris : sic , nisi qui duplum , idest D C C C millia , possideret , ab equestri ad senatorium
 ordinem transire non poterat . & , ut equiti Romano , si tueri ordinem uellet , C D millia , sic , senator
 si esse uellet , D C C C millia habere necesse fuit . Aliud est autem , Eques , dicere , aliud , Eques Ro-
 manus . eques enim erat , quicumque suo militabat equo , qui nec dicebatur , nec erat equestris ordi-
 nis ; neque hunc censu C D millium esse necesse fuit : eques autem Romanus uocabatur is , qui publi-
 co mereret equo , & equestris esset ordinis , a censore lectus , & C D millia possideret , & equestribus
 quoque ornamenti , ut anulo aureo , tunica angusti clavi , (nam latus clavis senatorum erat) phaletis
 etiam ueretur . hanc distinctionem auctore Cicerone Phil. I. cognouimus : ut Liuij , Valerij , aliorum
 testimonia breuitatis causa relinquuntur . Nec uero , si quis ex equite Romano senator fieret , equum
 publicum amitterebat , ut exemplo Neronis , & Salinatoris censorum docet Liuius : qui cum inter se dis-
 sideret , alter alterum equum publicum iussit uendere . Erant autem equites Romani tam plebeij generis ,
 quam patricij : & , qui equitum , aut senatorum filij essent , nec equestri censu caferent , nisi tamen a censore
 legerentur , equites Romani non erant , sed , qui equitum filij , equestri loco nati , & equestri loco esse ,
 qui senatorum , senatorio loco nati , & equestri loco esse dicebantur . quemadmodum nec senatorum filij ,
 licet D C C C millia , qui census erat senatorius , possiderent , senatores erant , nisi a censorib. lecti essent in
 senatum . quod si senator equitem Romanum patrem habuisset , ut M. Cicero , Ser. Sulpicius , alij per-
 multi : equestri loco natus , loco tamen esse non equestri , sed senatorio dicebatur . Insigne , nouumq.
 fuit in Pompeio Magno , quod ex Africa primum , deinde ex Hispania , nondum senator , sed eques

D Roma-

Romanus triumphauit. Differebant a senatoribus uestitu, non quod diuersa toga uterentur: eadem enim erat omnium ordinum: sed quod, praeter uarietatem calceorum, tunica senatorum lato clavo purpureo erat intexta, equitum angusta. itaque dixit Velleius de Maceenate, qui ab ordine equestri ad senatorium, cum facile posset, transire numquam uoluit: Vixit angusto clavo contentus. Et Ouidius, in ordine se equestri constitisse, ad senatorium peruenire non potuisse, significat. IV. Trist. his uestibus;

Curia restabat: clavi mensura coacta est:

Maius erat nostris uiribus illud onus.

Quo more sum adductus, ut apud Suetonium in Othonem, ubi legitur in peruvulgatis libris, Augusti clavis fuit, reponendum putarem, Angusticlauius, unico uerbo, suffragante antiquo libro bibliothecae Vaticanae: eadem ratione, quemadmodum dixit idem in Nerone, A laticlaui, cuius uxorem attractuerat, paene ad necem caesus est. Nominibus non iisdem semper appellati sunt, Celeres primum, deinde Fluxumines, tum Trofuli ultra C. Gracchum, postremo equites. quod a Plinio, & Festo memoriae mandatum, referre non alicnum putauimus. De numero si quaeritur: tres tantum equitum centurias Romulus instituit, denos capiens e singulis curiis, quae xxx erant: Ser. Tullius ad xix, maioris praesidij causa, aucta iam ciuitate, perduxit. quorum terceni singulis in legionibus militarunt. **POSTVLABAM**, a Dolabella praetore. supra. **I**ta **u**idebare. malim ex sententia: Ita: iubebat pr. idest praetor. nam & statim subiicitur: Ita: uerum praetor decernebat. Prima Naeuij obiectio est: Postulabam, ut satisdaret. Respondetur: Iniuria postulabas. Altera: Ita: iubebat praetor. Respondetur: Recusat Alphenus. Tertia: Ita: uerum praetor decernebat. Respondetur: Tribuni igitur appellabantur. **I**UDICIVM pati, quod paullo post dicit, iudicium accipere: id est, rei iudicatae acquiescere. Arist. lib. V. Polit. **N**eque iudicio defendere, quia nec stitisse Quinctium, nec absentem esse defensum, Naeuius aiebat. Cui Cicero iam respondit in eo loco: **Q**uo tempore existimas oportuisse, Naeui, absentem Quinctium defendi? **C**VM auxilium a tribunis petas, tribuni pl. initio, agitant plebe, creati sunt, ut iniuste uexatis, atque oppressis auxiliarentur. **A**NTA dixit audio, P. Junio Quinctium defendente. **C**AVSSAM ipsam considero, ea, quae procurator Alphenus in tuenda Quinctij causa fecit. **Q**uid aliud dicere possit, pro Naeui contra nos. **V**ADIMONIVM promisit, idibus Sept. cum ita inter eum & Naeuium conuenisset: quia M. Brutus, tribunus pl. intercessorum se palam dixerat, nisi quid inter ipsum Alphenum, & Naeuium conueniret. **I**ta tamen, cum eo tamen, si tribunis ita uideretur. **P**ER eum magistratum, per tribunos pl. qui si auxiliij causa instituti sunt: cur eos contra insignem iniuriam Alphenus appellare non debuit? **A**vt C. Aquillius, cum facta esse constet, C. Aquillius, talis vir, iuratus, iniquum ius in ciuitate constitutus, necesse est, hoc scilicet: cuius procurator non omnia iudicia accepit, quae quisque in uerbo postularit, cuius procurator a praetore, ac tribuno appellare ausus sit, eum non defendi, eius bona recte possideri posse. **Q**uae quisque in uerbo postularit; hoc dicit, quia satisdare noluerat Alphenus. **A**vsus fit, ut praetoris iudicium rescinderet. **E**i misero milito, propter ea, quae sequuntur. **I**GNARO fortunarum suorum, qui, quid in suis rebus ageretur, absens nesciret. **Q**uo si probari nemini potest, Quinctium absentem iudicio non esse defensum, eiusq. bona recte possideri posse. **E**x edicto bona possessa sunt, nam in edicto sumptum est, qui absens iudicio non sit defensus, eius bona possideri posse.

O R A T I O

AT enim tribuni pl. ne audierunt quidem. Fateor, si ita est, procuratorem decreto praetoris R. oportuisse parere. quid, si M. Brutus intercessorum se dixit palam, nisi quid inter ipsum Alphenum, & Naeuium conueniret? uidetur ne intercessisse appellatio tribunorum non more, sed auxiliij causa? quid deinde fit? Alphenus, ut omnes intelligere possent iudicio defendi Quinctium, ne qua subesse posset aliena aut ipsius officio, aut huic existimatione suspicio, ueros bonos complures aduocat: testatur isto audiente, se pro communi necessitudine id primum petere, ne quid atrocis in P. Quinctium absentem sine causa facere conetur: sin autem inimicissime, atque infestissime contendere perseueret, se paratum esse omni recta, atque honesta ratione defendere: quod petat, non deberi: se iudicium id, quod edat, accipere. eius rei, condicioneq. tabellas obsignauerunt uiri boni complures. res in dubium uenire non potest, fit, rebus omnibus integris, neque proscriptis, neque possessis bonis, ut Al-

phenus promittat Naeui sibi Quinctium. uenit ad uadimonium Quinctius: iacet res in controversiis, isto calumniante, biennium, usque dum inueniretur, quae ratione res ab usitata consuetudine recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. Quod officium, Aquilli, commemorari procuratoris potest, quod ab Alpheno praeteritum esse uideatur: quid assertur, quare P. Quinctius absens negetur esse defensus? an uero id, quod Hortensium, quia nuper inicit, & quia Naeuius semper id clamitat, dictorum arbitror, non fuisse Naeui p. rem certationem cum Alpheno, illo tempore, illis dominantibus? quod si uelim confiteri, illud, opinor, concedent, non procuratorem P. Quinctij neminem fuisse, sed gratiosum fuisse. mili autem ad uincendum satis est, fuisse procuratorem, qui cum experiri posset. qualis is fuerit, si modo absentem defendebat per ius, & magistrum, nihil ad rem arbitror pertinere.

EX-

EXPLANATIO

NE audierunt quidem § hoc dicebat Hortensius, quia tribuni pl. auxiliij caussa appellati, non intercesserant, nec Burrieni praetoris decretum infirmauerant. **PRAETORIS ROMANI**, § praetoris urbani Burrieni, qui proscribi bona Quinctij absentis iusserat ex edicto. M. BRUTVS § fortasse M. Brutus pater, qui Caelarem occidit. is enim & Marianus fuit, & a Cn. Pompeio necatus est, auctoriibus Valerio, Plutarcho, Appiano. haec autem, quae hic narrantur, facta sunt, ut e superioribus constat, Scipione, & Norbano cos. quo anno tribunus pl. M. Brutus fuit, Mariana factione dominante. **IPSVM ALPHENUM**, § Alphenum, glossema esse puto. iam enim dixit, Procuratorem: quo refertur, Ipsum. Non morae, § non ut moram afferret, quod aduersarij calumniabantur, quia tribuni pl. idibus Sept. Quinctij sibi iusserant. **HIVIS** § absentis Quinctij: ne quis eum latitare, aut solum uertisse, suspicaretur. **PRO COMMUNI NECESSITUDINE** § Quinctij, & Naeuij. **SIN AUTEM INIMICISSIMO, ATQUE INFESTISSIMO** contendere perseveret § hoc est, quod supra dixit: Istum aequum esse famae, fortunisq. P. Quinctij consulere, & aduentum eius exspectare; quod si facere nolit, atque imbiberit eiusmodi rationibus, illum ad suas condiciones perducere; se se nihil precari, & si quid agere uelit, iudicio defendere. **SE IUDICIO ID, QUOD EDAT, ACCIPERE**, § malum, Iudicium: ut paullo ante: Iudicium quin acciperet, in ea ipsa uerba, quae Naeuius edebat, non recusasse. **FIT**, § conuenit inter Alphenum & Naeuium. quod nisi conueniret, intercessurum se esse, M. Brutus, tribunus pl. palam dixerat. **REBUS OMNIBUS INTEGRIS**, § hoc explanatur sequentibus uerbis: Neque proscriptis, neque possessis bonis. **SISTI QUINCTIUM** § id. Sept. **IACET RES IN CONTROVERSIJS** § iudicium non expeditur, Naeuius rem de industria protrahente: litigatur tamen dicas caussa. propterea infra: Cui neque magistratus adhuc aequus inuentus est. Et in extrema oratione: Ab omni magistratu agitatus, atque perterritus. **ISTO CALUMNIANTE**, § rem uarijs artib. producente. quod supra dixit: Annum & sex menses nihil petit: quiescit: condicionibus hunc, quoad potest, producit. Eodem sensu ad Varronem: Quod antea calumniabar: indicabo malitiam meam. Ad Lentulum: Per aduersarios tuos uarijs calumnijs extracta res est. **BIENNIVM**, § auget, nam supra, Annum, & sex menses, dixit. **VSOV DUM INUENIRETUR**, § usque dum praetorem nactus esset, qualem uellet. **A BUSTITA CONFUSIONE** § bustita consuetudo fuit, ut iudicium de re prius, quam de probro, fieret, quod contra Dolabella decreuit. **IN HOC SINGULARE IUDICIO** § singulare appellat, quia non bustarum, & in una Quinctij caussa factum: ut scilicet sponsionem P. Quinctius cum Naeuius faceret, si bona sua ex edicto possella essem. quo genere iudicij caussam priore loco dicere cogebatur. **ILLIS DOMINANTIBUS** § Marianis: quibus anno proximo superiore debellatis, dominari Sulla cooperat. **QVOD SI UELIM CONFITERI**, § Naeuius parem certationem cum Alpheno illo tempore non fuisse. Dicit autem, Quod si uelim confiteri: quasi liceat ei non confiteri: cum & Naeuius ipse Marianarum partium fuerit: ut infra narratur. **A DUNCENDAM SATIS EST** § nam, si absens Quinctius iudicio defensus est, edictum eius caussae non nocet, in quo est, eius bona possideri posse, qui iudicio absens non sit defensus. **QUALIS IS FERIT**, § Marianus, an Sullanus. **SI MODO ABSENTEM DEFENDEBAT PER IUS, & MAGISTRATUM**, § de quo loquitur edictum. Magistratum, dixit, pro, tribunos pl.

ORATIO

ERAT, inquit, illarum partium. quid ni? qui apud te eset educatus; quem tu a puero sic influisse, ut nobili ne gladiatori quidē haereret. sicut tu semper summe concupisti, id em uolebat Alphenus: ea re tibi cum eo par contentio erat. Brutus, inquit, erat familiaris: itaque is intercedebat. tu contra Burrieni, qui iniuriam decernebat; omnium denique illorum, qui tam & poterant per uim, & scelus plurimum, &, quod poterant, id audebant. an omnes tu istos uincere uolebas, qui nunc, tu ut uincas, tantopere laborant? aude id dicere, non palam, sed his ipsis, quos aduocasti. tametsi nolo eam rem commemorando renouare, cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus, ac deleri arbitror oportere. unum illud dico: si propter partium studium potens erat Alphenus; potentissimus Naeuius: si fretus gratia postulabat aliquid ini-

quius Alphenus, multo iniquiora Naeuius impetrabat. neque enim inter studium uestrum quidquam, ut opinor, interfuit: ingenio, ueritate, artificio tu facile uicisti. ut alia omittam, hoc satis est: Alphenus cum ijs, & propter eos periret, quos diligebat: tu, postquam, qui tibi erant amici, non poterant uincere; ut amici tibi essent, qui uincebant, effecisti. quod si tum par tibi ius cum Alpheno fuisse non putas, quia tamen aliquem contra te aduocare poterat; quia magistratus aliquis reperiebatur, apud quem Alpheni causa consisteret: quid hoc tempore Quinctio statuendum est? cui neque magistratus adhuc aequus inuentus est; neque iudicium redditum est uistatum; non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, uerum ante hoc tempus ne fando quidem audit.

EXPLANATIO

QVI apud te esset educatus, quem tu a puerō sic instituisses, & si Marianus Alphenus ex educatione & disciplina tua fuit. VT nobilis nobilitas pro Sulla, plebs pro Mario pugnauit. Ne gladiatori quidem ut ita nobilitatem odifset, ut ne gladiatori quidem, multarum pugnarum uictoria nobili, fauere uellet. Ludit in uoce, Nobli. est enim & in ciue nobilitas, & in gladiatore. **S Y M M E C O R U P I S T I**, & Marianos uincere. **P A R C O N T E N T I O** non ille magis, quam tu, gratiosus erat, Marianis dominantibus. **I N T E R C E D E B A T**. & intercessurum se, nisi quid inter eos conueniret, palam dicebat. **I N I V R I A M** decernebat, & antiquus liber, Iniuria: quod probo. **I S T O S** & Sullanos. Qvos ad uocasti, & in quibus erat L. Philippus, consularis, & censorius. **E A M** rem & ciuilem contentionem. **I M P E T R A B A T**. & a praetore: cum Alphenus a tribunis pl. non impetrasset, quod ijs intelligitur uerbis: Appellantur tribuni: a quibus cum esset certum auxilium petitum, ita tamen disceditur, ut, idibus Sept. P. Quinctium sibi Sex. Alphehus promittret. **S T U D I V M** uestrum & aequae studiosi eratis carum partium. **V E T V S T A T E**, & usu diurno, ueterem malitia. **V I C I S T I**. & quia ille imperfectus est cum Marianis; tu gratia uales etiam apud istos, qui ut uincerentur, optabas. **A L I Q U E M** contrarie aduocare poterat: & supra, Nostros aduocatos acerrime submoueri. Et: Viros bonos complures aduocat. **M A G I S T R A T U S** aliquis & ut tribuni pl. **C O N S I S T E R E T**: & agi posset. **N E Q U E** iudicium redditum est usitatum, & a praetore Dolabella. de quo supra: Decernit: quam aequum, nihil dico: unum hoc dico, nouum. Et: Iacer res, isto calumniante, biennium, usque dum inueniretur, qua ratione res ab usitata consuetudine recederet, & in hoc singulare indicium causâ omnis concluderetur. **N O N** condicio, & uel ut satisdaret solus, uel ut sponzionem ficeret Quinctius. **N O N** sponso, & qua cogitur Quinctius priore loco causam dicere. **P O S T V I L A T I O** & ut eius bona ex edicto possiderentur, significatur apud Burrienum praetorem Naeuij postulatio.

ORATIO

DE re pecuniaria cupio contendere: non licet. at ea controversia est: nihil ad me attinet: causam capitii dicas, oportet. accusa, ubi ita necesse est: non, inquit, nisi tu ante, novo modo, priore loco dixeris: dicendum necessario est: praestituenda horae ad arbitrium nostrum: index ipse arcesetur. quid tum? tu aliquem patronum inuenies, hominem antiqui officij, qui splendorem nostrum, & gratiam negligat. pro me pugnabit L. Philippus, eloquentia, grauitate, honore florentissimus ciuitatis: dicet Hortensius, excellens ingenio, nobilitate, existimatione: aderunt autem homines nobilissimi, ac potentissimi, quorum frequentiam, & confessum non modo P. Quinctius, qui de capite decernit, sed quiuis, qui extra periculum sit, perborreseat. haec est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum uelitaris. huic, ne ubi consisteret quidem contra, locum reliquisisti. quare aut doceas oportet, Alphenum negasse se procuratorem esse, non deieciisse libellos, indicium accipere noluisse: aut, cum hanc ita facta sint, ex editio te bona P. Quinctius non posse difse concedas. etenim, si ex editio posse disti; quaro, cur bona non uenierint & cur ceteri sponsores, & creditores non conuenient? nemo ne sit, cui deberet Quinctius? fuerunt, & complures fuerunt: propterea quod causis frater aliquantum aeris alieni reliquerat. quid ergo est? homines erant ab hoc omnes alienissimi, & ijs debebatur; neque tamen quisquam inuenitus est tam insigne improbus, qui uiolare P. Quinctius existimationem absentis auderet. unus fuit affinis, socius, necessarius, Sex. Naeuius, qui, cum ipse ultro deberet, quasi eximio praemio sceleris expôsto, cupidissime contenderet, ut, per se afflictum, atque euersum, propinquum suum non modo honeste partis bonis, uerum etiam communi luce priuaret, ubi erant ceteri

creditores? denique hoc tempore ubi sunt? quis est, qui fraudationis causa latuisse dicat? quis, qui absensem defensum neget esse Quinctium? nemo inuenitur, at contra omnes, quibuscum ratio huic aut est, aut sua, adjunt, defendunt; fides huic, multis locis cognita, ne perfidia Sex. Naeuij derogetur, laborant, in huic modi sponzionem testes daret oportebat, ex eo numero, qui haec dicent: uadimonium mihi deferuit: me fraudauit, a me nominis eius, quod insitius esset, diem petiuit: ergo experiri non potui, latuit, procurarem nullum reliquit. horum nihil dicitur. parantur testes, qui bacc dicant. uerum opinor uideremus, cum dixerint. unum tamen hoc cogitent, ita se graues esse, ut, si ueritatem uolent retinere, grauitatem possint obtinere; sin eam negligent, ita leues, ut omnes intelligent, non ad obtainendum mendacum, sed ad uerum probandum aueritatem adiuuare. Ego haec duo querro: primum, qua ratione Naeuius suscepit negotium non transigerit, hoc est, cur bona, quae ex editio possidebat, non uendiderit: deinde, cur ex tot creditoriis aliis ad istam rationem nemo accesserit: ut necessario confiteare, neque eorum tam temerarium quemquam fuisse, neque te ipsum id, quod turpissimum suscepisse, perseverare & transfigere potuisse. Quid, si tu ipse, Sex. Naeuij, statuisti bona P. Quinctius ex editio posse non esse? opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leue esset, id in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse. emisi bona Sex. Alpheni, L. Sulla dictatore uendente: socium tibi in his bonis edidisti Quinctium. plura non dico. cum eo tu uoluntariam societatem coibas, qui te in hereditaria societate frauderat: & eum iudicio tuo comprobabas, quem foliatum fama, fortunisq. omnibus arbitrabare.

DE RY

EXPLANATIO

DE RE pecuniaria cupio contendere : non licet. locus ad ostendendā caussā iniquitatem, per quandam rei & aduersarij contentionem inductus . exempla non desunt eiusdem generis, ut a reo, quod nunc occurrit, lib. I. in Verrem : Quid erat, quod quisquam diceret, aut defendere? Cleomenem nominare non licet, at caussā cogit . moriri, si appellaris . At remiges non erant . Praetorem tu accusas? frange cervicem . Non licet, cur non licet? quia iam ego a Burrieno praetore impetravi, ut ex edictō bona possiderem . AT EA controversia est: ideo enim uadari me coepisti, quia pecuniam deberi tibi a me diceres . Supra: Profecto, si quid deberetur, peteret: non omnia iudicia fieri maller, quam unum illud, unde haec omnia nascuntur . VBI ita necesse est: quando ita necesse est, si caussā capitatis nobis dicenda est, accusa: nam reus posteriore loco solet dicere . A R C E S S E T V R . ad praetorem: ut praesūtiantur horae ad arbitrium nostrum . Significat id, quod supra narravit: Illud etiam restiterat, quod hetero die fecerunt, ut te in ius adducerent, ut nobis tempus, quamdiu diceremus, praestiteres . PRO MEZ aduocatus, non patronus . HONOREZ consularis, & censorius . NON ILLAZ querebatur Naeuius iniquam sibi, Marianis dominantibus, certationem cum Alpheno fuisse . Immo uero, inquit Cicero, haec iniqua certatio est: non illa, qua, more uelutum, contra Alphenum pugnabas . quae, si cum hac conferatur, non certatio, sed uelutatio quedam erit appellanda . nec Alpheni ea contra te, sed contra Alphenum tua . HVIC Z non Alpheno, sed Quinctio . NE VBI consideret quidem, Z paullo ante: Cui nec magistratus adhuc aequus inuentus est . SPONSORES, Z qui pro C. Quinctio, P. fratre, spoponderant . AB HOC alienissimi, Z nulla cum Quinctio necessitudine coniuncti . VIOLARE P. Quinctij existimationem Z quam uiolauit affinis, socius, necessarius . QVI CVM ipse ultro deberet, Z non est in, Vltro, prompta uoluntas, ut alibi, sed contrarij significatio, cum hoc dicat: tantum abest, ut ei Quinctius, ut ipse ultro pecuniam Quinctio deberet . Virg. lib. 2. Aen . Hic lacrymis uitam damus, & miserescimus ultro . Terentius in Ad . Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant, sibi fieri iniuriam ultro, si quam fecere, ipsi expostulant, & ultro accusant . Idem in Phor . O audaciam, etiam me ultro accusatum aduenit . PER SE afflictum, atque euersum Z diu vexatum litib, a Naeuiu, practore non inuento, non modo a quo ius impetraret, sed ne unde arbitratu quidem suo postularer . In extremo: Ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleuatus, ab omni magistratu agitatus, atque perterritus, quem praeter te appellebat neminem . Potest etiam referri ad fundum Gallicanum: in quem nondum uidetur Quinctius fuisse restitutus: cum dicat Cicero in extrema oratione: E fundo ornatissimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus, cum illum in suis paternis bonis dominari uideret, ipse nobili filiae dotē confidere non posset, nihil alienum tamen uita superiori commisit . QVIS est, qui fraudationis caussā latuisse dicat? Z edicti uerba sunt, qui fraudationis caussā latitarit? QVIS, qui absentem defensum neget esse Quinctium? Z & hoc ad edicti uerba pertinet: quae tamen desiderantur, ut supra docuimus . Ratio Z negotium . IN istiusmodi sponsonem Z pro Naeuiu contra Quinctium facta, ius suu prætoris Dolabellae . TESTES dare oportebat Z quos cum non dederit Naeuius, iniuste sponso facta est . A ME nominis eius, quod insitiatu eset, diem petuit: Z nisi fallor, haec quoque edicti uerba fuerunt: Qui nominis eius, quod insitiatu sit, diem petuerit . ITA se graues esse, Z graues illi qui dem uiri sunt, quibus testibus utetur Naeuius: sed, nisi ueritatem in testimonio retinebunt, grauitate amittent, leuis eorum auctoritas erit: sin autem uerum dicent, nihil eorum de grauitate detrahetur . SEX. Alpheni, Z uidetur pro Marianis contra Sullam pugnasse, & interfactus esse . IN hereditaria societate Z in ea societate, quae tibi cum P. Quinctio non uoluntaria, sed ideo fuerat, quia bona omnia fratris eius C. Quinctij, ad eum hereditate peruererant: ut ideo socius esset, quia heres: at ei tu socius in emendis Alpheni bonis, tua sponte esse uoluisti . QVEM spoliatum fama, fortunisq. omnib. arbitrabare. Z ex eo, quod eius bona ex edictō possedisses .

ORATIO

DIFFIDEBAM mehercule, C. Aquilli, satis animo certo & confirmato me posse in hac caussa conservare: sic cogitabam, cum contra dicturus esset Hortensius, & cum esset attente auditurus Philippus, fore, uti permultis in rebus timore prolaberer. dicebam huic Q. Roseio, cuius soror est cum P. Quinctio, cum a me peteret, & summe contuleret, ut propinquum suum defendarem, mihi per difficile esse contra tales oratores non modo tantam caussam perorare, sed omnino uerbum facere conari . cum cupidius inflaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi uideri ore durissimo esse, qui praesente eo gessum agere conaretur; qui uero cum ipso contulerent, eos, etiam si quid ante recti aut uenisti habere uisi sunt, id amittere: ne quid mihi eiusmodi accideret, cum contra tamē artificem dicturus esset, me uereri . Tum mihi Roseius & alia multa, conframandi mei caussa, dixit: & mehercule, si nihil diceret, tacito ipso officio, & studio, quod adhibebat erga propinquum suum, quemuis commoueret . etenim, cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus uideatur esse, qui in scena spectetur: tum uir eiusmodi est, ut solus dignus uideatur, qui eo non accedat . Verum tamen, quid si, inquit, habes eiusmodi caussam, ut hoc tibi planum sit facendum, neminem esse, qui possit biduo, ad summum triuio duo

duo DCC millia passuum ambulare? tamen ne uerteris, ut possis haec contra Hortensium contendere? minime, inquam. sed quid id ad rem? nimirum, inquit: in eo causa consilii. quo modo? docet me eiusmodi rem, & factum simul Sex. Naenij, quod si solum proficeretur, satis esse deberet. quod abs te, C. Aquilli, & a nobis, qui adestis in consilio, quaeso, ut diligenter attendatis. profecto intelligitis, illinc ab initio cupiditatem pugnasse, & audaciam; hinc ueritatem & pudorem, quoad potuerit, restitisse. Bona, postulas, ut ex editio possidere liceat: quo die? te ipsum Naenii uolo audire: uolo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, uoce conuinici. die Naenii diem. ante V. Kal. interkalares. bene agis. quam longe est hinc in saltum uestrum Gallicanum? Naeuji rego. DCC millia passuum. optime de saltu deificatur Quintilius, quo die? possumus hoc quoque ex te audire: quid tales? dic inquam diem. pudet dicere: intelligo: uerum & sero, & nequidquam pudet. deicetur de saltu, C. Aquilli, pridie Kal. interkalares. biduo post, aut, ut statim de iure aliquis cucurrit, non toto triduo DCC millia passuum consciuntur. o rem incredibilem: o cupiditatem inconsideratam: o nuncium uolucrum. administrorum, & satellitum Sex. Naenij Roma trans alpes in Sebusianos biduo ueniunt. o hominem fortunatum, qui eiusmodi nuncios, seu potius Pegasus habeat. hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis existant; si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, banc caussam uoles cum Hortensio dicere; tamen superior sim necesse est. non enim, quemadmodum putatis, omnia sunt in eloquentia: est quaedam tamen ita perspicua ueritas, ut eam infirmare nulla res possit. Au, antequam postulasti, ut bona possideres, misisti, qui curarent ut dominus de suo fundo a sua familia ui deiceretur? utrumlibet elige. alterum incredibile est, alterum nefarium, & ante hoc tempus utrumque inauditum. DCC millia passuum, uis esse decursa biduo? dic. negas? ante igitur missi, malo. si enim illud dices, improbe mentiri uiderere; cum hoc confiteris, id te admisso concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Hoc consilium Aquillio, & talibus uiris, tam cupidum, tam audax, tam temerarium, probabilius? quid haec amentia? quid haec festinatio? quid haec immaturitas tanta significat? non uim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam ius, quam officium, quam pudorem? mitis iniussu praetoris: quo consilio? iniussu sciebas? quid cum iniussisset, tum mittere non ne poteras? postulatus eras: quando? post dies xxx. nempe, si tenet impediret; si uoluntas eadem maneret; si ualeret; denique si uineret. Praetor iniussisset, opinor, si uellet, si ualeret, si ius diceret, si nemo recusaret, qui ex ipsis decreto & satisfidaret, & indicium accipere uellet. nam, per deos immortales, si Alphenus, procurator P. Quintili, tibi tum satisfidaret, & indicium accipere uellet, denique omnia, quae postulares, facere uoluisset, quid ageres? renocares eum, quem in Galliam miseras? at hic quidem iam de fundo expulsus, iam a suis diis penitentis praeceps electus, iam, quod indignissimum est, suorum seruorum manibus, nuncio atque imperio tuo violatus eset, corrigeres haec scilicet tu postea. De cuiusquam uita dicere audes, qui hoc concedas necesse est, ita te caecum cupiditate, & auaritia fuisse, ut, cum, postea quid futurum eset, ignorares, (accidere autem multa possent) spem maleficij praesentis in incerto reliqui temporis euenu collocares? Atque haec perinde loqueris, quasi ipso illo tempore, cum te praetor iniussisset ex editio possidere, si in possessionem missis, debueris, aut potuisse P. Quintili de possessione deturbare.

EXPLANATIO

PHILIPPVS? aduocatus, non patronus. **T**IMORE prolaberer? quod initio dixit: Eloquentia Q. Hortensi ne me dicendo impediatur, non nihil commoueatur. **H**VIC Q. Roscio? Comoedo, pro quo exstat Ciceronis oratio. **P**ROPINQVM suum? sororis suae uirum. **P. Quintili.** **C**VM artifex eiusmodi sit, ut solus dignus uideatur esse, qui in scena spectetur: tum uir eiusmodi est, ut solus dignus uideatur, qui eo non accedat. **L**eporibus habet haec sententia, duabus distincta partibus, & mire ualer ad laudandum. itaque lib. 3. in Verrem sic de Chilone teste: Qui isti ita amicus, & necessarius est, ut, etiamsi uir bonus non esset, tamen, buod contra istum diceret, graue uideretur: ita uir bonus est, ut, etiamsi inimicissimus isti esset, tamen eius testimonio credi oportet. De iurisconsulto autem Aquillio pro Caccina: Qui ita iustus, & bonus uir est, ut natura, non disciplina, consultus esse uideatur; ita peritus, ac prudens, ut ex iure ciuili non scientia solum quaedam, uerum etiam bonitas nata esse uideatur. Et ad Q. ft. ep. 1. lib. I. Cuius natura talis est, ut etiam sine doctrina uideatur moderata esse potuisse: ea autem adhibita doctrina est, quae uel uitiosissimam naturam excoleat possit. Qua in epistola ut natura primum separatim a doctrina, deinde doctrina separatim a natura laudatur: sic in illa ad M. Brutum, ita seorum ab ingenio extollitur industria, studiumq. Valerij Messallae, ut ingenium tamen in eo summum esse dicatur. Tanta, inquit, industria est, tantumq. euigilat in studio, ut non maxima ingenio, quod in co summuu est, gratia habenda uideatur. **O**RE durissimo? summa impudentia. **C**ONTRA talem artificem? Q. Hortensium. **Q**uod habebat erga propinquum suum? malum, Adhibebat. **Q**VI EO non accedat. **L** scenicam enim artem agere, probro fuit. Similiter eum laudat in oratione, quam pro ipso habuit. Quem populus Romanus, inquit, meliorem uirum, quam histrionem, esse arbitratur: qui in dignissimus est scena propter artificium, ut dignissimus sit curia propter abstinentiam. **Q**VOAD potuit, **L**uictam denique esse ueritatem, & pudorem Quintili, cupiditate, & audacia Naenij, significat. **A**NTE V. Kal. interkalares? Non hoc uideatur esse diem indicare, sed tempus. dies enim sic, V. Kal. Interkalares significatur. itaque, si suffragarentur antiqui libri, legerem libenter, ante diem V. Kal. interkalares, quem diem hic certe non ostendit loquendi modus, Ante V. Kal. Nihil autem refert, utro modo loquamus, Ante diem V. Kal. an, V. Kal. quod probauit iam in eo loco: Roma egreditur ante diem IV.

IV. Kal. Febr. dies autem hic est uigesimus sextus mensis Februarij, interkalari appellati eo anno, cum dies unus interponitur, quod quarto quoque anno fit: cum annus confiter diebus CCCLXVI. senis horis additis in singulos annos. Necesse autem est, cum, quem dixi, diem sextum significari, ut triduo distet a pridie Kal. interkalares, qui postremus est mensis interkalari dies, id est uigesimus nonus. quo utitur Cicero contra Naeuij mendacium argumento. *STATIM de iure* § statim ut aliquis a praetore in Galliam cucerit. nam, De iure, ad praetorem refertur, non ad iudices. id paullo ante ostendit his uerbis: Bona, postulas, ut ex edicto possidere licerat. Eodem modo explanauius illud supra: Illud etiam restiterat, quod extremo die fecerunt, ut te in ius adducerent. Et illud: In ius uocas, sequitur. *SEVPATIUS PEGASO* § Pegas, alati equi, ex Medusae sanguine, quam Perseus interemit, nota uel pueris fabula est. HANC caussam uoles cum Hortensio dicere; § aderat igitur ut aduocatus, non ut patronus. *DOMINVS* § Quinctius. *De suo fundo* § De saltu, agroq. communi. nam eti, De suo fundo, &c, A sua familia, dicit: de fundo tamen communi, & de communi familia, est accipendum: cum supra dixerit: Haec dum Romae geruntur, Quinctius interea, contra ius & consuetudinem, edicto praetoris de saltu, agroq. communi a seruis communibus uidetur deditur. Est igitur, De suo fundo, de eo fundo, qui ad eum pro dimidia parte attineret: &c, A sua familia, cuius ipse pro sua parte dominus esset. A sua familia § a seruis communibus. *VTRVM LIBET elige*, § uel misisse te in Galliam, postea quam postulasti a praetore, ut ex edicto possidere bona liceret: uel misisse, antequam postulasti. *ALTERVM INCREBIBLE* § si misisti, postea quam postulasti, incredibile est, eos, qui misisti a te sunt, biduo, aut non toto triduo *DCC* millia passuum decurrisse. postulasti enim ante diem V. Kal. interkalares: de eiusdem est autem Quinctius de suo fundo pridie Kal. interkalares. *ALTERVM NEFARIUM*, § si misisti, ante quam postulasti, ut bona possideres. *VTRVM QVE INAUDITUM*, § unum, biduo, uel non toto triduo *DCC* millia passuum esse decursa: alterum, bona alicuius possidere aliquem esse ausum, antequam a praetore postularet, ut ex edicto possidere liceret. *MALO* § dicere te hoc, ante misisse. *SI ENIM* illud dices, § *DCC* millia passuum biduo, aut non toto triduo esse decursa. *CVM HOC CONFITERIS*, § te ante misisse, cum postulares. *NE MENDACIO QUIDEM* § de *DCC* millibus passuum biduo decursis. quod quia uides credi non posse, ideo configuries huc, ut misisse te, ante quam postulares, fatearis. quod nefarium esse, negari non potest: nec ab Aquillio, talibusq. uiris ullo modo probabitur. *QVID HAEC AMENIA*? § mittere in Gallia, ut bona possideantur, prius quam postulares, ut ex edicto possidere liceret. *NON LATROCINIIUM*? § in quo maius aliquid est, quam in scelere. *POST DIES TRIGINTA*: § exempli gratia. Quae nam, inquit, haec tua ratio est, si dicas, te postulaturum fuisse? non enim debebas, quamquam postulare cogitates, ante postulationem in Galliam mittere, qui de fundo Quinctium expellerent. *SI NEMO RECUSARET*, qui ex ipsius decreto & satisfidaret, & iudicium accipere uellet. § nam, si nemo satisfidaret, bona possideri iure possent, unde illa *D.lib.42. tit.6.* Quod si, quasi suspectus, satisfidare iussus, decreto praetoris non obtemperauerit: tunc bona hereditatis possideri, uenomq. dari ex edicto suo permittere debet. Animaduertendum, ex, *Nemo*, quod aperte negat, elici tamen significationem, quae affirmit; ut consequentibus uerbis, Satisfidaret, Iudicium accipere uellet, consentiat. idem enim est, ac si dixisset: si non aliquis recusaret, qui satisfida ret, & iudicium accipere uellet. ita, *Nemo*, non semper idem ualeat, sed modo negat, modo affirmit, habita ratione compositionis. idq. saepe eodem loco, ut pro *Q. Roscio*: *Aduersaria in iudicio protulit nemo, codicem protulit*. Ibidem: *Quis umquam ad arbitrium, quantum pergit, tantum abstulit? nemo*. quantum enim aquiis esset sibi dari, petijt. Et *Horatius*: *Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors obiecere, illa Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes*. Nam in, *Viuat, negatur*; in, *Laudet diuersa sequentes, affirmatur*. Eiusdem generis est uerbum, *Nolo*, ideo quia componitur ex, non, &c, uolo. exemplum habemus in ep. ad *Cornificium*: *Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere*. Subauditur enim, *Velis*, in posterioribus uerbis. Nec ab his disiungo uerbum, *Nego*, compositum ex, nec, & aio. negat enim, & affirmit simul *Phil. IIX.* in eo loco: *Et quidem, quo melior senator uideatur, negat se illi amicum esse debere*: cu suu magno esset beneficio, uenisse cum contra se. Haec enim postrema uerba ad, Negat, referri non possunt, sed affirmationem necessario requirunt, quae sumuntur ab eodem uerbo. *CORRIGERES HAEC* *SILICET TU POSTEA*, § cum infecta, quae facta sunt, fieri non possint. *DE CIUSQUAM UITA* § uidetur Naeuius in Quinctij uita inuehi solitus. *CVM, POSTEA QUID FUTURUM EFFET, IGNORARES*, § nā, si ais, Postulaturus eram: re sponderi potest, accidere potuisse, ut aliquid impediret. si, Praetor iussisset: certum hoc non erat. forte enim, aut nollet, aut non ualeret, aut ius non diceret; aut procurator Quinctij recusaret, & ex ipsius praetoris decreto satisfidaret, ac iudicium accipere uellet. *IN INCERTO RELQUI TEMPORIS EUENTU* § qui cæcus cupiditate & anaritia, fore rata, & certa sperares, quae tibi irrita, incertaq. esse potuissent. ea uero erant, postulatio tua, & praetoris edictum. nam ita postulaturus eras, si te nihil impediret, si uoluntas eadem maneret, si ualeres, denique si uiueres. praetor autem ita iussisset, si uellet, si ualeret, si ius diceret, si Quinctij procurator Alphenus satisfidaret, nec iudicium accipere uellet. *DEBVERIS, AUT POTUERIS*? § si te praetor iussisset, ex edicto possidere, de suis tamen bonis Quinctium deturbare nec debuisti, sec potuisti. longe enim aliter possedisti, quam praetor edixit.

ORA-

O R A T I O

OMNIA sunt, C. Aquilli, eiusmodi, quiuis ut perspicere possit, in hac causa improbitatem, & gratiam cum inopia, & ueritate contendere. Praetor quemadmodum possidere iusfit? opinor, ex edito. Sponsio quae in ulla facta est? ni ex edito praetoris bona P. Quintij possessa sint. Redeamus ad editum. id quidem quemadmodum iubet possidere? num quid est causae, C. Aquilli, quin, si longe aliter possedit, quia praetor edixit, iste ex edito non possederit, ego sponso nimirum nihil, opinor. cognoscamus editum.

QVI EX EDICTO. MEO. IN. POSSESSIONEM VENERIT. de te loquitur, Naeui, quemadmodum tu putas: ais enim, te ex edito uenisse: tibi, quid facias, definit, te instituit, tibi praecepta dat. EOS. ITA VIDETVR. IN. POSSESSIONE. ESSE. OPORTE. quo modo? QVOD. IBIDEM. RECTE. CVSTODIRE. POTERVNT. ID. IBIDEM. CVSTODIANT. QVOD. NON. POTERVNT. ID. AFFERRE. ET. ABDVCERE. LICEBIT. quid tum? DOMINVM, inquit, INVITVM. DETRYDERE NON. PLACET. eum ipsum, qui fraudandi causa latitet; eum ipsum, quem iudicio nemo defendat; eum ipsum, qui cum omnibus creditoribus suis male agat, iniurium de praedio detruidi uerat. proficisci tibi in possessionem praetor ipse, Sex. Naeui, palam dicit, Ita possideo, ut tecum simul possideat Quintius: ita possidero, ut Quintius uis non afferatur. quid? tu id quemadmodum obseruas? mitto illud dicere, eum, qui non latitarit, cui Romae domus, uxor, liberi, procurator esset; eum, qui tibi uadimonium non deseruisset: haec omnia mitto; illud dico, dominum expulsum esse de praedio, domino a familia sua manus allatas esse ante suos lares familiares. hoc dico,

Naeui ne appellauisse quidem Quintium, cum simul esset, experiri posset quotidie: deinde, quod omnia iudicia difficultima cum summa sua inuidia, maximoq. periculo P. Quintij fieri mallet, quam illud pecuniarium iudicium, quod uno die tranfigi posset: ex quo uno haec omnia nata, & profecta esse concedit. Quo in loco condicionem tuli; si uellet pecuniam petere, P. Quintium iudicatum solvi satisfaturum, dum ipse, si quid peteret, pari condizione ueteretur. Ostendi, quam multa ante fieri conuenerit, quam boni nisi propinquai bona possideri postularentur, praesertim cum Romae domus eius, uxor, liberi essent, & procurator aequa utriusq. necessarius. Docui, cum desertum esse dicat uadimonium, omnino uadimonium nullum fuisse: quo die hunc

sibi promississe dicat, eo die ne Romae quidem eum fuisse. id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui & scire deberent, & causam, cur mentientur, non haberent. Ex edito autem non potuisse bona possideri, demonstravi: quod neque fraudandi causa latitus, neque exsiliis causa solum uertisse diceretur. Reliquum est, ut eum nemo iudicio defendatur: quod contra copiosissime defensum esse contendit, non ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore, atque improbo, sed ab equite R. propinquo, & necessario suo, quem ipse Sex. Naeui procuratorem relinquere antea consuevit: neque cum, si tribunos appellarit, iccirco minus indicium pati paratum fuisse, neque potentia procuratorem Naeui ius erexit: contra, istum potentia sua tantum modo superiorem fuisse, nunc nobis uix restringandi potestatem dare. Quae causa fuisse, cur bona non uenissent, cum ex edito possiderentur. Deinde illud quoque requisui, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contra dicat, omnesq. pro P. Quintio pugnant, praesertim cum in tali iudicio testimonia creditorum existimantur ad rem maxime pertinere. Postea sum usus aduersarii testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium, quod, quo modo nunc intendit, ne in uniuorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Tum illam incredibilem celeritatem, seu potius audaciam protuli: confirmauit necesse esse aut biduo CCC millia passuum esse decursu, aut Sex. Naeui diebus compluribus ante in possessionem misisse, quam postularerit, ut ei licet bona possidere. Postea recitauit editum, quod aperte dominum de praedio detruidi ueraret: in quo constiuit, Naeui ex edito non possedisse, cum confiteretur ex praedio uideretur non esse Quintium. Omnino autem bona possessa non esse constitui, quod honorum possesso spectetur in aliqua parte, sed in uniuersis, quae teneri, ac possideri possint. Dixi, Romae dominum fuisse, quo iste me affiravit quidem, seruos complures, ex quibus iste possederit neminem, ne artigerit quidem: unum fuisse, quem attingere conatus sit; probibitum fuisse, quicunque. In ipsa Gallia cognosis in praedia priuata Quinti Sex. Naeui non uenisse: denique ex hoc ipso alii, quem, per uim expulso socio, possedit, seruos primos. Quintij non omnes eiuslos esse. Ex quo, & exteris dictis, factis, cogitatifa. Sex. Naeui quis potest intelligere, istum nihil aliud egisse, neque nunc agere, nisi uia per uim, per iniuriam, per iniuriam iudicij totum agrum, qui communio est, suum facerit. de

E X P L A N A T I O

PRAETOR: Burrienus. SPONSIO: iubente Dolabella praetore facta. POSSESSA non sunt? de in quibusdam libris, mendose. nam abundat. Non. totam sententiam explicauimus in eo loco: Iubet P. Quintium sponsonem cum Sex. Naeui facere, si bona sua ex edito P. Burrieni praetoris dies triginta possessa essent. Ex edito uenisse. de in possessionem. MALE agat, de astute, malitiose, de solutione non cogitans, permulta fraudandi causa faciens. supra: Quo tempore primum male agere coepit. Et: Qui permulta male agendi causa, fraudandiq. fecerunt. IVS non auferatur de rectius, Vis ne auferatur, suffragante ueteri libro, & ipso Cicerone, qui subiungit: Illud dico, dominum expulsum esse

In Orationem pro P. Quintio.

33

de praedio, domino a familia sua manus allatas esse ante suos lares familiares. DOMINVM 3 uis additur sententiae similibus uerbis, Dominum, Domino, Suas, Suos. Hoc dico, 3 & hic, & post uerbum, Quotidie, quin desideretur aliquid, dubitari non potest: quid autem, diuinare non licet. Illa quidem uerba, Deinde quod omnia iudicia, cum superioribus apte non coniunguntur, potius ad illa spectant inferiora. Quo in loco condicionem tuli. QVO in loco 3 Cum illa questus esset, quae supra exponuntur ijs uerbis: Quid igitur pugnas? an, quod saepe multis in locis dixisti, ne in ciuitate sit? ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat? ne numeretur inter uiuos? decernat de uita, & ornamentiis suis omnibus? apud iudicem caussam priore loco dicat? & eam, eum orarit, tum denique uocem accusatoris audiat? CONDICIONEM tuli, 3 cum dixit, Quid a nobis autem, C. Aquilli, referatur? pecuniam petit: negamus deberi. iudicium fiet statim: non recusamus. numquid praeterea? si ueretur, ut res iudicio facta parata sit, iudicatum solui satis accipiat: quibus a me uerbis latius accipiet, ijsdem ipse, quod peto, satidet. PARI condicione ueretur 3 ut Naenius quoque satidaret. OSTENDI, quam multa ante fieri conuenierit, 3 id supra ostendit his uerbis: Profecto, si recte uestram bonitatem, ac prudentiam cognoui, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis sponsuri: primum exspectare: deinde, si latitare, ac diutius ludificare uideatur, amicos conuenire, quaerere quis procurator sit, domum denunciare. dici uix potest, quam multa sint, quae respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam, necessariam deuenire. QVO die hunc sibi promisso dicat, 3 nonis Februarij. tota res narratur supra his uerbis: Ais esse uadimonium desertum: quae si uita te statim, ut Romam redijt, Quintius, quo die uadimonium istuc factum esse dices: respondisti statim, nonis Febr. discedens, in memoriam redijt Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur: inuenitur dies profectiois, pr. Kal. Febr. Nonis Febr. si Romae fuit, causae nihil dicimus, quin tibi uadimonium promiserit. quid? hoc inueniri qui potest? profectus una est L. Albius, homo in primis honestus: dicet testimonium: prosecuti sunt familiares & Albium, & Quintium: dicent hi quoque testimonium. litterae P. Quintij, testes tot, quibus omnibus cauſa iustissima est nulla, cur mentiantur, cum ad stipulatore tuo comparabuntur. EO DIE ne Romae quidem eum fuisse. 3 discessit enim Roma Quintius pridie Kal. Febr. TESTIBVS 3 L. Albio, & ijs, qui prosecuti sunt Albium, & Quintium. QVO contra copiosissime defensum esse contendit, 3 modus loquendi, pro, cum ego contra contendorum. Sic in Catone: Cuius a me corpus crematum est: quod contra decuit ab illo meum. pro, cum decuerit contra cremari ab illo meum. Et in Laelio: Peccasse se, non anguntur: obiurgari, moleste ferunt. quod contra oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere. Et lib. I. Off. Hoc maxime officij est, ut quisq. maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. quod contra sit a plerisque. a quo enim plurimum sperant opis, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inferunt. AB EQVITE Romano 3 Sex. Alpheno. PROPINQVO, & necessario suo, 3 P. Quintij, supra: Dat iste amicum M. Trebellium, nos communem necessarium, qui istius domi erat educatus, & quo utebatur iste plurimum, propinquum nostrum, Sex. Alphenum. TUM 3 Marianis dominantibus. TANTVMmodo superiorem fuisse, 3 non usque eo tamen, ut respirandi potestate nobis posset eripere, quam nunc eripit, Sullanis omnia tenentibus, quorum inimicus fuit. QVO modo nunc intendit, 3 ut quidem nunc agit in Quintium. argumentum ex ijs, quae cernuntur: ut ad Att. lib. XIII. Qvo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. Ad Q. fr. Qvo modo se res habet, non est facillima. Lib. II. de Orat. Qvo modo nunc se istorum artes habent, pertinemscenda est multitudo cauſarum. NE IN uiuorum quidem numero 3 quia non uenerit ad uadimonium. OMNINO autem bona posse non esse constitui, 3 haec tota pars desideratur, commemorat enim, quae supra dixit. NE adspirarit quidem; 3 non modo non accesserit, sed ne accedere quidem noluerit. hoc uerbum voluntatem significat sine exitu rei: ut in Diuin. In huiusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam inuitis ijs, quoſum negotium est, accedere, aut adspirare audeat? Et in bellica laude adspirare ad Africanum nemo potest. PROHIBITVM fuisse, 3 a procuratore Quintij Alpheno. PRIVATA 3 propria. uenit enim in communia, supra: De saltu, agroq. communi deiicitur Quintius.

ORATIO

NUnc, cauſa perorata, res ipsa, & periculi magnitudo, C. Aquilli, cogere uidetur, ut te, atque eos, qui tibi in consilio sunt, obsecrat, obtesteturq. P. Quintius per senectutem, ac solitudinem suam, nibil aliud, nisi ut uestra naturae bonitatiq. obsequamini: ut, cum ueritas cum hoc faciat, plus huic inopia posse ad misericordiam, quam illius opes ad crudelitatem, quo die ad te iudicem uenimus, eodem die illorum iniurias, quas ante horrebat, negligere coepimus. si cauſa cum cauſa contenderet, nos nostram perfacile viuis probaturos statuebamus: quod uitae ratio cum ratione uite decerneret, itcirco nobis etiam magis te

judice opus esse arbitrati sumus. ea res enim nunc in discrimen uersatur, utrum ne possit se contra luxuriam, ac licentiam rusticana illa, atque inculta parcimonia defendere; an deformata, atque ornamentis omnibus sboliata, nuda cupiditat, petulantiacq. addicatur. Non comparat se tecum gratia P. Quintius, Sex. Naeni, non opibus, non facultate contendit: omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit. fatetur se non belle dicere, non ad uoluntatem loqui posse, non ab affecta amicitia transfigere, atque ad florentem aliam deuolare, non profusis sumptibus uiuere, non ornare magnifice, splendideq. conuiuum, non habere domum

E clausam

clausam pudori & sanctimoniae, patentem atque adeo expositam cupiditati, & uoluptibus: contra, sibi officium, fidem, diligentiam, uitam omnino semper horridam, atque aridam cordi fuisse, ista superiora esse, ac plurimum posse his moribus, sentit. quid ergo est? non usque eo tamen, ut in capite, fortunisq. hominum honestissimorum dominentur iij, qui, relicta bonorum uirorum disciplina, & quaestum, & sumptum Gallonij sequi maluerunt, atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia, perfidiaq. uixerunt. si licet uiuere cum, quem Sex. Naeuius non uult; si est homini bone-slo locus in ciuitate inuitu Naeuius; si fas est respirare P. Quintium contra nuptum ditionemq. Naeuij; si, quae pudore ornamenta sibi peperit, ea potest contra petulantiam te defendente obtinere; spes est, & hunc miserum, atque infelicem aliquando tandem posse consistere. sin & poterit Naeuius id, quod liber; & ei libebit, quod non licet: quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? qui denique questus, qui maeror dignus inueniri calamitate tanta potest? Misserum est, exturbari fortunis omnibus: miserius est, injuria. acerbū est, ab aliquo circumueniri: acerbū, a propinquō. calamitosum est, bonis eueri: calamitosus, cum dedecore. funestum est, a forti, atque honesto uiro ingulari: funestus, ab eo, cuius uox praeconio quaestu proficit. indignum est, a pari uinci, aut superiore; indignus, ab inferiore, atque humiliore. luctuosum est, tradi alteri cum bonis: luctuosus, irimico. horibile est, caussam capitū dicere: horribilius, priore loco dicere. omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est, C. Aquilli: non praetorem modo, a quo ius impetraret, inuenire non potuit, atque adeo ne unde arbitratus quidem suo postulare,

sed ne amicos quidem Sex. Naeuij, quorum saepe diu ad pedes iacuit stratus, obsecrans pro deos immortales, ut aut secum iure contenderent, aut iniurias sine ignominia sibi imponerent. denique ipsius iniuria uultum superbissimum subiit: ipsius Sex. Naeuij lacrimans manum apprehendit, in propinquorum bonis prescribendis exercitatam: obsecrauit per fratrū sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius conjugem, & liberos, quibus propior P. Quintio nemo est, ut aliquando misericordiam caperet; aliquam, si non propinquitatis, at aetatis suae, si non hominis, at humanitatis rationem haberet; ut secum aliquid, integra sua fama, qualibet, dummodo tolerabili, condicione transigeret. ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleitus, ab omni magistratu agitatus, atque perterritus, quem, praeter te, appelleat, habet neminem. tibi se, tibi suas omnes opes, fortunisq. commendat: ubi commitit existimationem, ac spem reliquae uita: multis uexatus contumelij, plurimiis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. e fundo ornatus, mox deflatus, ignominij omnibus appetitus, cum illum in suis paternis bonis dominari uideret, ipse filiae nubili dotem confidere non posset, nihil alium tamen uita superiori commisit. itaque te hoc obsecrat, & Aquilli, ut, quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaq. attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre; ne is, de cuius officio nemo umquam dubitauit, sexagesimo denique anno dedecore, macula, turpissimaq. ignominia notetur; ne ornamentis eius omnibus Sex. Naeuius pro spoliis abutatur: ne per te ferat, quo minus, quae existimat. P. Quintium usque ad senectutem perduxit, eadem, usque ad rogum prosequatur.

EXPLANATIO

ETIAM magiste iudice opus esse? cui uitam Quintij magis probatum iri putauimus, quam Naeuij. Nam de causa nullo iudice dubitandum statuebamus. NON AB afflita amicitia transfugit, quemadmodum Naeuius a Marianis, ubi partes eorum afflictas uidebat, ad Sullanos florentes transfugit, de quo supra: Tu, postquam, qui tibi erant amici, non poterant uincere; ut amici tibi essent, qui uincebant, effecisti. ISTA? quae Naeuij sunt. HIS moribus? idem supra: Antiquam officij rationem dillexit, cuius splendor omnis his moribus obsoleuit. Quid ergo est? quid ex eo sequitur? non usque eo tamen superiora esse ista sentit, ut &c. DISCIPLINA,? quam semper coluit Quintius, officium, fidem, diligentiam rebus omnibus antepones. QVAESTVM,? indignum bono uiro. SVMPTVM P. Gallonium ut hominem nequam, profusumq. nepotem, Lucilius poeta nominat: O Publi, o gurges Galloni, non es homo, inquit. Et lib. II. de Fin. Qui ad uoluptatem omnia referens, uicit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso. NAEVIJ? uim habet in fine membra idem nomen: ornatum quoque sumit ex casuum uarietate, primum enim membrum tenuitat, Naeuius; alterum, Naeuij; tertium, Naeuij. SI LICET uiuere eum, quem Sex. Naeuius non uult;? miseratio plurimum ualeat in epilogis, ea commouet ex aduersarij maxime potentia, & crudelitate, ex inopia rei, & calamitate. huic loco similis ille pro Roscio Amerino: Si a Chrysogono, iudices, non impetramus, ut pecunia nostra contentus sit, uitam ne petat. CONTRA nutum, ditionemq. Naeuij;? summa potentia demonstratur, Habet autem indignationem quandam Naeuii nomen ter uarie pronunciatum, acerba praesertim in re: Quem Sex. Naeuius non uult: inuitu Naeuij: contra nutum, ditionemq. Naeuij. TE DEFENDENTE? te iudice, C. Aquilli. APPELLANDVS? ut opem ferat. EST? uim habet, Est, tribus locis in fine usurpatum. MISERVM est, exturbari fortunis omnibus: miserius est, injuria. modus exagrandi per similitudinem. nam, si illud est, multo magis hoc. illud conceditur ex communi sensu: hoc, adiecta causa, concedatur, necesse est. ac nescio, an usquam hunc locum copiosius Cicero attigerit, unam enim sententiam, quae ad Quintij declarandam infelicitatem pertinet, in septem partes distibuit: & simul ubertatem ingenij summam, eloquentiam, cupidis adolescentibus utilissimam, ostendit, eas ipsas partes diuersis nominibus inducens: Miserum est, acerbū, calamitosum, funestum, indignum, luctuosum, horibile. Idem ornamentum, non tamen eadem copia, lib. II. in Verr. agnoscitur. Si illud

In Orationem pro P. Quinctio.

351

Si illud est, tam flagitiosum, quod mihi omnium rerum turpissimum, maximeq; nefarium viderit, ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem, & religionem: quanto illud flagitosius, improbus, indignus, eum, a quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare: ut ne praedonum quidem praetor, in fidem retinenda consuetudinem conseruaret? scelus est, accipere ab reo, quanto magis ab accusatore? quanto etiam sceleratus ab utroque? CVM dedecore: § cum probro, ignominiaq; deserti uadimonij. CVIUS uox praeconio quaestu profluit. § more meretricum. Acerbior in Naeuum sententia, quam si legatur ut antea; Cuius uox in praeconio quaestum praeftit. ATQVE adeo ne unde arbitratu quidem suo postularet: § statim reiectus, atque perterritus. IURE contendenter, § uel utroque satisdante, uel neutrō, re delata ad iudicium pecuniarium, unde reliqua omnia difficillima, cum summa Quinctij inuidia, maximoq; periculo, nata sunt. AVT iniuriam sine ignominia sibi imponerent. § tribuit amicis Naeuij, quae Naeuij sunt. quod eorum potentia fultus, & petere iniusta Naeuius auderer, & consequeretur. quam uero Naeuius iniuriam Quinctio imponebat, hac erat, Quia peteret ab eo, qui nihil deberet: Ignominia, quia cogeret Quinctium, sponsione facta, priore loco causam dicere: quasi bona eius ex edicto praetoris possessa essent, uadimonij deserti caussa, VLTVM superbissimum subijs subire uultum eoru est, qui aliquid humiliiter petunt. unde illud Coelij: Malui collegae eius, homini alienissimo mihi, & propter amicitiam tuam non aequissimo, me obligare, quam illius simiae uultum subire. PROPINQVORVM: § quia bona Quinctij proscriperat Naeuius ex edicto Burrieni. HOMINIS: § proprie ipsius Quinctij. AT humanitatis: § que cuius homini a quouis homine hoc ipso debetur, quo homines aequi sunt, & alterum alteri communis omnium natura commendat. AB OMNI magistratu: § multis iudiciis conflictatum, & uexatum esse Quinctium, supra intelligitur, ut in eo: Cum adhuc ei propter uim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperi potuerit. Et: Quid hoc tempore Quinctio statuendum est? cui nec magistratus adhuc aequus inuentus est, nec iudicium redditum est usitatum. NON turpis: § nullo insignis crimen. E FVNDO: § Gallicano. In SVIS paternis bonis: fundus ille C. Quinctij, P. fratri, fuerat: itaque, Fraternis, non, Paternis, magis fortasse aliquis probabit. sed eum fortasse fundum pater utriusque C. Quinctio proprium reliquerat. NIHIL alienum tamen uita superiorē commisit. § nihil turpe. propterea enim dixit, Non turpis ad te, sed miser confugit. EX HOC loco efferre: § quam hic relinquet, si tu eum condemnabis. PRO spoliis: § tamquam uictor exultans. NE PER te ferat, § ne accidat ei per te iudicem, ut honestatem suam hunc amittat: quam ad hanc diem recta & laudabiliteratione partam, atque conseruatam, ut ad exitum uitae retinere liceat, supplex a te petit. AD togam: § cremari Romae mos fuit corpora mortuorum. quidam tamen cremati non sunt, sed humi locati, & conditi, ut C. Marius, cuius apud Anienem sitas reliquias dissipari uictor Sulla iussit. quod idem ne suo fortasse corpori accidet, primum ex Cornelij patricij cremari uoluisse, auctor est Cicero: & ideo Ennius ait de Africano, qui Corneliae patriciae gentis fuit, scripsisse: Hic est ille situs, quia sibi dicantur ij, qui conditi sunt. Lib.I.de Legibus.



ILLVTRM

E 2 IN

IN · ORATIONEM · CICERONIS
PRO · SEX · ROSC · AMERINO
PAVL LI · MANVTII
COMMENTARIUS



ARGUMENTVM



CHRYSOGONVS, Sullae dictatoris libertus, Sex. Roscij Amerini interficti bona, tamquam unius e proscriptorum numero, coemerat. cumq. Roscium a Sulla proscriptum non fuisse, satis exploratum haberet, uereturq. ne quando filius eius, pro quo haec habita oratio est, paterna bona repeteret; induxit C. Erutum, qui eum de parricidio accusaret, parricidiq. caussam afferret, quod eum pater, in praedia rustica amandatum, exheredare cogitaret. Roscium Cicero defendit, non minore animo, quam ingenio. libere enim in Chrysogonium, Sullae libertum, ualde gratiosum, est inuestitus. Columniam autem refellit tribus argumentis, primum, quod Roscio, cur patrem odiisse, ac se tam nefario scelere adstringere deberet, caussae nihil esset: deinde, quod in duos potius Roscios, Capitonem, & Magnum, cum quibus patris Roscio ueteres inimicitiae fuerant, eius maleficij suspicio caderet: postremo, quod Chrysogonus, potentia sua fretus, Roscij patris bonis ab hasta minimo emptis, omni ui, atque ope contenderet, ut, eius unico filio, quo incolumi patrimonium tam amplum & copiosum se posse obtainere non arbitraretur, damnato, & eiecto, tutius ea bona, nullo litis metu, perpetuo possideret. Absolutum esse Roscium, nemo, ut arbitror, dubitat, qui uerba illa in Bruto legerit: Prima caussa publica, pro Sex. Roscio dicta, tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quae non nostro digna patrocinio uideretur. Et illa lib. 11. Off. Maxime autem & gloria paritur, & gratia defensionibus, eoq. maior, si quando accidit, ut ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri, urgeri. uideatur: ut nos & saepe alias, & adolescentes, contra L. Sullae dominantis opes, pro Sex. Roscio Amerino fecimus. Acta caussa est L. Sulla 11, Q. Metello Pio cos. quiescitore M. Fannio, cum annos Cicero XXVII natus esset, ut Gellius, Asconium secundus, ostendit.

M. TVLLII